ta, §. *fin. ff. de l.* 1. ibi, *Hanc autem scripturam non solum ad prædiorum legata, sed ad universa, quæ testamento adscripta sunt extendi verum est*: & tradit ibi late *Jas. n.*36. 3. Quia dictio illa *Deinde*, quæ ordinem significat, continuativa præcedentium est, ac integram causam ab illis verbis, *Quod si aliquando*, perfici: hanc sent. tenent *Nav. l.*4. *consiliorum in utroque edit. tit. de clandest. desponf. cons.* 1. *Menoch. cons.* 69. *n.*69. *n.*61. *vol.* 1. *Zephalus cons.* 241. *a n* 72. *usque ad* 75. *vol.* 3. *Verser, Rei, Gut. l.* 1. *q. can. c.* 13. *n.*2. *Segura directi. iudicium*, 2. *p. c.*16. *n.*5. *Enriq. l.*11. *de matr. c.*5. *n.*5. dicens sic declarasse Cardinales. *Manuel* 1. *t. sum.*2. *edit. c.*217. *n.*5. Et dicit esse satis probabilem *Petr. de Lud. n. præced. allegat.* Quare si parochus propria authoritate omitteret denunciationes in casu suspicionis malitiosi impedimenti, posset arbitrio Ordinarii puniri. Ut bene docet *Gut. eo. c.*19. *n.*3. *& de juram.* 1. *p. c.* 51. *n.*25.

Ad argumentum contrarium propositum n. 16. constat ex dictis hoc num.17.

18 Quæstio III. An possit Episcopus alicui delegare facultatem dispensandi in his denunciationibus? Quidam negant posse delegari etiam vicario generali. Probant, quia dum eligitur personæ industria ad aliquod munus obeundum, id delegari nequit, *c. fin. in* §. *Is autem, de offic. deleg. & c. Ii cui, eod. tit. in* 6. in hac autem dispensatione eligitur industria Episcopi. Quod duplici modo constat: alterum est, quia *Trid. sess.*24. *c.*4. *de matrim.* judicio, & prudentiæ Ordinarii remittit: per quæ verba videtur de persona Episcopi tanquam pastoris proprii confidere, & ita eus industriam eligere. Alterum vero est, quia quoties negotium commissum est arduum, confertur electa personæ industria: ut tradunt *Ant. c. fin. de offic. deleg. n.*15. *& ibi Anch. nu.*5. *Simon. cons.* 303. *num.*3. *vol.*2. *Jas. l. More, n.*65. *ff. de jurisd. omn. jud. & ioi Cacialupus num.*3. & *d. q.*54. *n.*11. & 12. *& q.*68. *n.*15. & constat ex *c. Ii cui, de offic. deleg. in* 6. ubi nullum est verbum denotans personæ industriam eligi, sed ex gravitate commissæ rei, dicit Pontifex eligi. Cum ergo dispensare in denunciationibus, res valde ardua sit, censebitur electa industria personæ: & proinde negabit Episcopus delegare. Ita docet *Menoch. cons.* 69. *a n.* 55. *vol.* 1. *Zephalus cons.* 421. *a nu.*72. *vol.*3.

19 Alii autem concedunt posse generali vicario Episcopum generaliter delegare facultatem dispensandi in denunciationibus: alius autem minime, nisi in una, vel altera causa. Sic *Enriquez lib.* 11. *de matr cap.* 5. *nu.*5. *junct. commento, lit.* T. DD. tamen, quos pro se refert, nihil dicunt: sed pro hac sent. videtur *Greg. l. cap. l.*7. *fin. t.*10. *p.*4. ubi ait, non posse Episcopum generaliter causas matrim. delegare, bene tamen unam, aut alteram.

20 Verius tamen credo, posse Episcopum generaliter hanc facultatem delegare: quia jure Ordinario sibi competit, cum concedatur a *Tridentino d. cap.* 1. indistincte omnibus Ordinariis in perpetuum: nec ratio contraria relata n.18. aliquid probat: non enim universaliter verum est, eligi personæ industriam, ubi negotium est arduum, & committitur prudentiæ alicujus: fallit enim, quando delegatio fit personæ incognitæ, & indeterminatæ, ut prælatis præsentibus, & futuris: probat hic contingit, ut docent optime *Silv. ver. Delegatus q.* 8 *d.* 1. *Passarellus in compen. prævi minimorum, c.*14. *Lud. Lop.* 1. *p. instit.* 2. *edit. c.*284. *fin. & f.*794. *col.* 2. *fin.* prò qua limitatione aperte tunt *Jas. l. More, n.*65. *ff. de jurisd. omn. jud. Bart. A. B. & Paul.* quos refert, & sequitur *Greg. Lop. l.*47. *fin. tit.* 18. *p.*3. *Menoch. de arbitrariis*, 1. *q.*64. *nu.*17. ubi quamvis regulariter commissio facta nomine proprio, & dignitatis expressio, non transeat ad successorem in dignitate: quia videtur electa persona, per *c. Quoniam Abbas, de offic. delegat.* dicunt tamen hoc intelligi, quando persona erat cognita, secus ubi erat incognita: ergo similiter cum facultas dispensandi in denunciationibus non concedatur Episcopo determinato, & cognito, sed indefinite omnibus Ordinariis, prælatibus, & futuris, non censebitur electa industria, & ita poterit Episcopus generaliter delegare. Pro hac sentent. sunt DD. absolute docentes, posse Episcopum causam matr. delegare. Hi sunt *Host. c. Litteras, de restit. spolat. paulo post prin. Abb. c. Ex litteris*, 1 *n.*2. *de in integr. restit. & c.* 1. *de consanguin. n.*8. & 10. ubi *Henric. n.*3. *Prosp. n.*10. *Bertachinus tr. de Episcopo, l.*4. *p.*7. *qu.*20. *Rebuf. præsi benef. in forma vicariatus, n.* 155. *Cov. decr.* 2. *p. c.*8. §. 10. *n.*1. *ad fin.* ubi amplius dicit causam matrim. tractari posse ex generali, vel speciali Episcopi commissione: ubi videtur supponere, posse Episcopum generaliter committere.

21 Imo potest generalis Episcopi vicarius hanc facultatem dispensandi in denunciationibus delegare, quia est Ordinarius: & quamvis non possit alium vicarium instituere, ut constat ex *c. Clericos, de offic. vicar.* ar potest unam, vel plures causas delegare: ut docet *gloss. c.*1. *de offic. vicar. in* 6. *verb. Ipsius*, *Feller. addition. ad Marant.* 4. *p. d.*5. *n.*27. *fine*, *Tabena verb. Vicarius*, 4. §. *Nav. in append. ad librum* 1. *consil. quam ponit post librum* 5. *in* 1. *edit. super t.* 31. *de offic. ordin. cons. ult. Lud. Lop.* 1. *p. institutiorum*, 2. *edit. cap.*284. *fol.* 393.

Ad argumentum contrarium propositum n. 18. constat ex dictis num.20.

DISPUTATIO VIII.

Utrum ad dispensandum in denunciationibus desideretur justa causa, judicialisque ejus cognitio?

SUMMARIUM.

Desideratur justa causa, nu. 1. *Et est peccatum lethale aliter dispensare, nu.* 2.
An desideretur judicialis cognitio causæ: refertur opinio affirmans, 3.
*Quoties committitur alicui dispensatio in lege superioris, intelligitur cum causæ cognitione, n.*3. *junct. n.*7.
Varior opinio, non exigit cognitionem judicialem, 4.
Quoties aliquid committitur arbitrio, vel conscientiæ alicujus, vel judicio, vel si tibi videbitur, non exigitur partis citatio, nec judicialis cognitio, 4.
Potest hæc causæ cognitio fieri ab Ordinario, sine ordine, & figura judicii, & testibus non juratibus, nec receptis in forma judicii, 5.
Potest hæc informatio causæ, & dispensatio, & institutio, & confir. præsentati a patrono, fieri extra diœcesim. Et quid, si lis orta esset circa illud matr. vel institutionem, vel quando in causa voluntariæ jurisdictionis emergit aliqua causæ probatio, 6.
*Solvuntur argumenta, & explicatur Tridentinum, sess.*7. *c.*14. *de refor. & sess.*25. *c.*18. *de reform. & l. Cum ii, ff. de transact. n.*7. *& iii, quid dictet inter informationem ad dispensandum in foro conscientiæ, & judiciali, quando hæc non exigit causæ cognitionem judicialem.*

Constat inter omnes justam desiderari causam: Quia *Trid. sess.*24. *de matr. c.*1. id non liberæ voluntati, sed judicio, & prudentiæ Episcopi remittit: quæ verba arbitrium prudentiale, & ratione regulatum important: ut cum multis docet *Menoch. de arbitr. l.*1. *q.*8. *n.*26. *& seqq.* ergo exigitur causa. Et *Menoch. consil.*69. *n.*62. *&* 63. *& vol.*1. *Paz. pract.* 2. *to. ita* docent *Menoch. consil.*69. *n.*62. *&* 63. *& vol.*1. *Paz. pract.* 2. *to. prælud.*3. *n.*11. *Gut. l.*1. *q. canon. c.*19. *n.*6. *& seqq. Spino specculo testamentorum, Glos.*15. *n.*28. *Enriq. lib.*11. *de matr. c.*5. *nu.*5. *Segura directorio judicum*, 2. *p.* 1. 16. *nu.*12. *Salzedo practica, Segura d. n.*73. *& Dispensat: Manuel* 1. *tom. sum.*2. *edit. c.*217. *n.*3. *Anton. Gom. super bullam cruciatæ c.*4. *q.*4. *n.*29.

Hinc infertur, delinquere lethaliter Episcopum, absque legitima causa dispensantem, quia materia est gravis: sic docent *Paz, & Spino proxime citatis.*

Difficultas autem non modica versatur, an exigatur judicialis causæ hujus cognitio? Aliqui enim eam desiderari affirmant: faltem summariam informationem. Prob. 1. quia ubi lex aliquid faciendum ex causa præscribit, illa probanda est: ut tradunt *Bart. l. Item si suspectus, ff. de proc. Arct.* 8. *cod. n.* 1. *inst. qui & ex quibus causis manumit. Alc.* alios referens *de præsumpt. reg.*3. *præsumpt.*9. *n.*27. *Zephalus cons.*421. *n.*62. *vol.*3. Et ob id *Glos. d. l. Item si suspectus, in. & ibi Bart.* dicunt causam suspicionis judicis esse probandam: ergo cum Ordinario concedatur hæc dispensatio ex legitima causa, illa judicialiter probanda est. 2. Ex definitione dispensationis, quam tradit *Gl. c. Requiritis, verb. Ut plerisque*, 1. *q.*7. & valde commendat *Abb. c. Ait si clericis*, §. *de adulteriis, n.*6. *de iudiciis*, dispensatio est juris relaxatio cum causæ cognitione facta. Unde colligunt *Innoc. c. Veniens, n.*2. *de filiis presb. Abb. Diversis, n.*3. *de coniug. Henricus c. Cum ad monasterium, nu.*17. *de statu monach. Dec. c. At si clericis*, §. *de adulteriis, n.*125. *de iudiciis, Raimus cons.*109. *n.*19. *vol.*3. *D. Ant. A. p.*127. *Cæm.* 6. 20. *Rosi verb. Dispensatio, n.*6. *Ang. n.*2. *Silv. q.*2. *Armill. verb. dispensare, n.*14. *Navar. super c. si de summia, n.*4. *&* 15. *cons.*2. *ed. t. de homicidio, cons.*45 *n.*2. *de Menoch.* alios referens, *cons.*15. *n.*25. *&* 16. *vol.*1. quoties inferiori committitur dispensatio in lege superioris, intelligi cum causæ cognitione: ergo dum Tri. committit hanc dispensationem Ordinario, intelligitur præmissa causæ cognitione. Et confirmatur ex *Trid. sess.*14. *c.*7. *de ref.* ibi, *Committatur dispensatio a Ordinario, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, nec aliter dispensare possit, & sess.*25. *c.*18. *de ref.* ibi, *Sciant universi aliter dispensare omnibus objecundos: quod si egerit, insuper sacrorum canonum ab omnibus observandorum quod si egerit, insuper sacrorum canonum ab omnibus observandorum, cum aliquibus dispensatio, & maior quandoq; utilitas postulaverint, cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, a qui in cunq; ad quos dispensatio pertinebit, erit prestandum, aliter dispensatio subreptitia censeatur.* Ergo dispensatio hæc causæ cognitionem præexigit. 3. Quia hæc dispensatio est pro utroque foro, ergo petit informationem causæ pro foro externo: alias nihil distaret inter eam, & dispensationem pro solo conscientiæ foro, cum hæc etiam occultam causæ cognitionem petat. 4. Ex *l. Cum tiff. de transf.* 5. *Vult igitur, imo princ. illius legis*, ubi videtur clare probari, quando aliquid prudentiæ judicis committitur, exigi causæ cognitionem: nam in principio sic dicitur, *Solet igitur preter intervenire, & inter consentientes arbitrari, an transactio admitti debeat*. Et §. *Vult igitur*, sic dicitur, *Vult igitur oratio apud prætorem de illis queri, in primis de causa transactionis, deinde de modo: tertio de personis transigentium.* Et ita *Bart. eo* §. *n.*1. *& Arct. ibi.* & alii quos refert, & sequitur *Menoch. de arbitrariis, lib.* 1. *q.*19. *n.*1. docent cum aliquid arbitrio prætoris fieri debet, intelligi causa cognita: & flatim *nu.* 3. 4. & 5. docet *Menoch.* cum multis, eam causæ cognitionem versari in citatione adhibenda, & litigantium jure exhaudiendo, & ordinationis judiciario observando: ergo cum dispensatio in his denunciationibus committatur arbitrio, & prudentiæ Ordinarii, præexigitur judicialis cognitio causæ. Et ita expresse tenent

*Enriquez l.*11. *de matr. c.*5. *n.*5. *in commento lit.* S. *Segura* 2. *p. directi. c.* 16. *n.* 17. & de causa suspicionis ad dispensandum in denunciationibus, expresse tenet eam esse judicio probandam, *Zephalus consil.* 421. *n.*61. & 62. *vol.*3.

4 Ceterum probabilius credo non requiri cognitionem causæ judicialem sed satis esse, si extrajudicialiter Ordinarius informetur, certiorque fiat de causa, utilitate dispensetur in denunciationibus. Prob. quia *Trid. sess.*24. *c.*1. *de matr.* agens de hac dispensatione, illiusque causis, sic concludit, *Nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denunciationes remittantur: quod illius prudentiæ, & judicio sancta Synodus relinquit.* Quæ clausula (ut probavi disp. præc. n.17.) refertur ad causam suspicionis malitiosi impedimenti, & ad omnes alias, ex quo loco constat, an expediat dispensare, adsitque legitima causa, judicio seu conscientiæ Ordinarii relinqui (judicium enim, & conscientia idem sunt: nam judicium est mentis dictamen, conscientia autem nihil aliud est, quam mentis dictamen, teste *D. Th.* 1. *p. qu.*79. *art.*13. *ad* 1.) Sed quoties aliquid committitur conscientiæ, & prudentiæ alicujus, non est necessaria probatio judicialis: ut constat ex textu, *junct. gl. c. Statutum*, §. *Assessorem, de rescript. in* 6. ibi *Assessorem nisi eo indigeat quod conscientiæ relinquatur ejusdem, sibi nequaquam adjunget.* Ubi *Gl. verb. Relinquatur*, ait, *Cum conscientiæ relinquatur ejusdem, ergo solus Deus hoc, & nullus alius judex, vel cognitor.* Et ibi *Francus n.*6. *initio*, ait notandum ex glossa singulari, ubicumque aliquid committitur conscientiæ alicujus, non esse necessariam aliam probationem vel citationem partium, cum sufficiat probationem soli judici concludere. 2. Prob. ex *c.*2. *de juramento calumn.* ibi, *Potest judex a partibus exigere juramentum malitiæ, quoties viderit expedire*: ubi *Jo. And. n.*2. *Anch. n.*4. *notabili* 4. *Dominicus num.*9. & 10. *Francus n.*3. *initio*, sic inquiunt, *In tantum hoc relinquitur visioni, & arbitrio judicis, ubi hæc, vel similis clausula apponitur, nulla probationis necessitas imponitur*. Et melius *Lapus allegat.*61. *paulo post prin. n.* 3. *v. Item pro hac parte est*, sic ait, *Quoties aliqua causa committitur alicui, sub hac clausula, si tibi videbitur, vel judicio tuo, vel conscientiæ tuæ relinquimus, removetur strepitus judicii, & denotatur arbitrium boni viri, nec requiritur causæ cognitio, sed satis est simpliciter, & de plano, & extrajudicialiter informare se.* Quam doctrinam sequitur *Caval. l.*1. *p. d.* 46. *n.*420. ubi non est aliqua persona, de cujus prejudicio agatur: ut contingit hic: & *dec.*22. *n.*40. ait cum aliis, quos refert, non requiri indaginem judicialem, licet in commissione sit hæc clausula, si per diligentem examinationem repereris, & dummodo alicui non sit jus quæsitum: ergo cum dispensatio denunciationum, ejusque causa relinquatur judicio, & prudentiæ Ordinarii, non exigetur cognitio judicialis. Tandem, quia pro hac parte est doctrina *Bald. l.*2. *n.*2. *C. de fideicommiss.* ubi ait commissum ad conscientiam, esse commissum ad veritatem: & satis esse, ut sit munitum jure gentium, & *l. Certum, n.*5. *C. Unde legitimi*, ubi docet, Pontifice mandantem dignitatem alicujus examinari, neminem esse citandum, sed sufficere probationem concludere soli examinatori, eo quod commissio potius sit conscientialis, quam judicialis: & *l. Neque naturales, nu.* 7. *C. de prob.* ait si provideatur alicui, si sit idoneus, non valere provisionem, nisi causa cognita: addit que n.8. quia hoc officium est extrajudiciale, non requiri partis citationem: quod idem cum Baldo docet *Alex. l. De unoquoque, in princ. n.* 10. *ff. de re judic. & Maranta de ordine judic.*6. *p. de citat. i. Recte concipiatur citatio, n.*21. *& idem Alex ibi n.*11. *& Maranta eod. n.* 21. docent, quoties aliquid remittitur conscientiæ, non exigi partis citationem: & ita consequenter non requiretur cognitio judicialis: nam fundamentum, & initium judicii est partis citatio: ut docet *Maranta co. t. n.*1. cum ergo Tridentinum remittat prudentiæ, & judicio Ordinarii, an expediat in denunciationibus dispensare, non exigetur judicialis probatio causæ, sed satis erit privatim Ordinarium informari de causa: & ita expresse videtur tenere *Gut. l.*1. *q. canon. c.*19. *n.*12. *init.* ubi ait, posse Episcopum ex aliqua causa rationabili, sibi tantum cognita, has denunciationes remittere: & *eod. n.*12. *fine*, ait se dispensasse, cum esset vicarius Episcopi, aliquando causa cognita oretenus, quæ tamen non est cognitio judicialis.

5 Hinc infertur, hanc causæ cognitionem posse fieri ab Ordinario sine ordine, & figura judicii, & testibus non receptis in forma judicii, nec jurantibus. Prob. quia non est judicialis, sed ad informationem conscientiæ Ordinarii: in tali autem cognitione non desiderantur testes jurantes, nec ordo, & figura judicii: ut optime docet *Inn. c. Cum in tua, ff. de sponsi. & c.*1. *de postul. præl. n.*5. ubi *Ant. n.*50. *& Abb. nu.* 34. 35. *idem Abb. c. Cum nobis, n.*5. *de elect. Bald. l. Qui testamento*, §. *Per contrarium, ff. de testamentis, Rol. cons.* 8. *n.*31. *vol.*4. & alii, quos refert, & sequitur *Masc. de prob. conc.* 1368. *n.*14. & 15.

6 2. Infertur, hanc dispensationem denunciationum posse fieri extra diœcesim: quia est actus jurisdictionis voluntariæ, cum non requiratur cognitio causæ judicialis. Et ita in similibus terminis tenent *Lambertinus de jure patr. l.*2. *p.*2. *q.*2. *a.*6. *n.*2. & 3. ubi ait ad institutionem, & confirmationem præsentati, exigi causæ cognitionem: posse tamen fieri extra diœcesim, quia est extrajudicialis: & subinde tam causæ cognitio, quam institutio, & confirmatio sunt actus voluntariæ jurisdictionis. Imo quamvis exigeretur causæ cognitio judicialis, ut lite suborta circa matr. vel circa dispensationem, licet ea causæ cognitio debeat fieri intra diœcesim, tanquam actus jurisdictionis contentiosæ, ea tamen facta intra, posset dispensatio fieri extra. Quia

cum hic actus dispensationis sit voluntariæ jurisdictionis, etsi intermedia fuerint contentiosæ, retinet suam naturam: & ita potest fieri extra diœcesim, juxta doctrinam *Baldi l. unica, in prin. n.*11. *fine, vers. Ultimo nota, ff. de offic. consult.* ubi hæc dicit, *Quando in causa voluntariæ jurisdictionis emergit aliqua causæ cognitio, & probatio, talis causa excipitur, quasi contentiosæ jurisdictionis in probatione, & ventilatione, sed in decreti interpositione suam retinet naturam.* Et ita tenent *Lambertinus eodem num.*3. Plura autem circa hoc, quando sit voluntaria, quando contentiosa jurisdictio, possitque extra diœcesim exerceri, dicemus hoc l.3. disp. 19. n.7. & & 9

Ad arg. 1. sent. proposita nu.3. resp. ad 1. id posse esse verum, ubi causa non committitur arbitrio, & conscientiæ judicis: ubi autem sic committitur, quamvis necessaria causa sit, & ut ea nota sit dispensanti, non tamen est necessarium, ut ea probetur. Ad 2. dico mentem Glossæ, & eorum DD. esse dispensationem necessario exigere aliquam causam justam, alias erit dispatio: ut bene tradit *Parnom. c. Dudum, el* 2. *n.* 38. *de elect.* At vero eam probari, ejusque cognitionem judicialem præcedere, non semper est necessarium. Ad confirm, dico, *ea sess.*7. *c.* 14. esse speciale in eo casu dispensationis in irregularitate homicidii, quia Trid. ibi postulat, ut præcedat probatio precum: unde potius inde sumitur argumentum in nostro casu, cum Trid. id non postulet, non requiri. Ad alium locum Trident. dico Trid. ibi poscere, ut dispensatio minime fiat absque prævia causæ cognitione, at ea cognitio satis est, si fit extrajudicialis: ut in simili diximus ex doctrina Baldi inter probandum nostram sententiam: & ex doctrina *Lambertini in* 1. *coroll.* Ad 3. concesso antecedenti, nego sequi requiri informationem judicialem, sed satis est in hoc casu pro utroque foro, ut præcedat informatio extrajudicialis: cum Trid. id remittat arbitrio, & prudentiæ Ordinarii: & adhuc longe diffidet a dispensatione pro foro conscientiæ: nam in hac nullus testis recipitur, sed creditur petenti, ab eoque informatio petitur: at in dispensationibus denunciationum, cum pro utroque foro sit, recipiuntur testes, quamvis non in figura, & forma judicii, sed solum ad informandam Ordinarii conscientiam. Ad 4. dic in eo casu esse speciale, quia lex ipsa formam judicii præscripsit procedendi in alimentorum transactione: & doctrina Bartoli, & aliorum in casu illius legis, cui insistuntur, intelligenda est.

7

DISPUTATIO IX.

Quæ sint causæ justæ, ut Ordinarius dispenset in denunciationibus?

SUMMARIUM.

*Refertur opinio dicens, solam causam suspicionis malitiosi impedimenti satis esse, num.*1.
Sufficit quæcumque arbitrio Ordinarii, 2.
An sufficiat pudor contrahentium, ut quia sunt dispares ætate, conditione, vel divitiis, 3.
*Quid, si ambo sint senes, num.*4. *vel concubinarii, & existimabantur conjugati*, 5.
Quid si sint magnates, 6.
Quid, si nullus impedimenti timor sit, vel cessent inconvenientia, ob quæ præmittuntur denunciationes, 7.
Quid, si vicinum sit tempus, quo prohibitum est nuptias benedici, 8.
Quid, si semel matrim. est publice contractum, & reperitur nullum ob impedimentum occultum, 9.
Quid si timeatur, fore ut consanguinei matrim. impediant: & quando pater juste impediat, præsumptioque sit malitiosi impedimenti, 10.
*Quid, si causa consumendi patrim. nolint parentes, vel tutores puellam matr. collocare, nu.*11. *Et qua prudentia usuri sint judices, ut informentur de hoc malitioso impedimento, n.* 12.
Quid, quando volunt parentes, vel tutores, ut puella indignæ nubat, 13.
Quid, dum aliquibus valde expediret conjugium, timentque, fore ut impediantur, 14.
Quid, si virgo deflorata est, & est periculum in mora, ne deflorans mutet sententiam, 15.
Vel si est infamata, vel duæ sibi matrim. fidem dederunt, & est periculum, ne alter animum mutet.
Quid, si repentinus casus offerat rationem contrahendi matrim. ut, si concubinarii deprehendantur a judice plectendi, nu. 16. *Et quid, ob animæ periculum, ut si meretrix, vel duo concubinari velint inire matrim. & sit periculum perseverantiæ in peccato, dum præmittuntur denunciationes*, 17.
Quid, quando matrim. est statim necessarium ad vitandum scandalum, 18.
Quid, dum aliquis in mortis articulo vult concubinam ducere, ut legitimet prolem, vel securior migret e vita, 19.
Quoties Ordinarius dispensat, an debeat de impedimentis inquirere, 20.

Zephalus *consil.*421. *n.*59. 60. & 87. *vol.*3. asserit, ex sola causa suspicionis malitiosi impedimenti posse Ordinarium dispensare. Quia eam solam expressit *Trid. sess.*24. *c.* 1. *de matr.* 1

Sed proculdubio dicendum est, multas alias causas legitimas esse, sufficereque quamcumque arbitrio Ordinarii justam. Quia

quamvis Trid. eam solam expresserit, statim tamen totum hoc negotium Ordinarii prudentiæ remisit. Sic *Veracruz append. ad spec. dub.1. proposit.6. Gut. l.1. q.can. c.19. a n.6. Barth. a Led. de matr. dub.21. fol.1337. §. Annotato tertio Segura*, dicens sic declarasse Cardinales, 2.*p. direct. jud. cap.* 16. *n.* 5. *Manuel* 1. *tom. sum.2. edit. c* 217. *concl.2. nu.*3. & idem colligitur ex omnibus DD. referendis, quorum multi post Trident. scripserunt, variasque præter suspicionem causas assignant.

2 I. Igitur causa est, contrahentium pudor, quando nimio pudore suffunderentur denunciationibus factis, ob nimiam disparitatem, ut si valde senex ducat juvenculam, vel valde nobilis ignobilem, aut valde dives pauperem, vel e contra. Sic *Pal.4. d.18. q.2.a.3. concl. 1. n.19. D. Ant. 3.p.t.1. c.16. fin. Summa conf. tr. de matr. q.59. Sotus 1. d.28. q.1. a.2. vers. De bannis, Led. 2. p. 4. q.47. ar.5. f.451. col.4. Lud. Lop. 1. p. inst. uctorii, cap.87. in. Capua l.2. decis. c.85. n.3. Barth. a Led. dub.21. de matr. Vega l.3. summ. casu 211.* Et ex Jurisperitis, *Henric. c. fin. n.11. de clandest. desponf. Henr. Bothæus tr. de Synodo Episc. 3. p. a.1. nu.* 15. *Rosel. verb. Impedimentum, imped.1 num.11. Silv. Matrim. 6. q.7. d.2. Hisp. n.69. Lat. n.70. Ant. Cucus l.5. inst. majorum, t. 11. nu. 65. Salzedo præt. c.73. ad finem*; §. *Dispenset, Segura 2.p. direct. judicium, c.* 16. *n.6.* Et quamvis aliqui ex his DD non ita generaliter hanc causam constituant, sed dum timetur impedimentum esse matr. ob hanc disparitatem: sic *Henricus, Palud. Ros. Silv. Salzedo ibi.* at melius alii hanc causam assignant generaliter, ratione pudoris, & verecundiæ. Sic *Sotus, Led. Barth. a Led. Capua, Vega ib. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c.39.* §. *Circa prædictam doctrinam*. Ejusdem sent. videntur *D. Antoninus*, & *Ant. Cucus ib.* absolute enim dicunt hanc disparitatem esse causam legitimam dispensandi. Et clarius *Nav. ibid.* disjunctive enim ait esse causam hanc disparitatem, vel quando timetur, fore ut matrim. impediatur.

4 Hinc infertur idem dicendum esse, quando utrique contrahentes sunt senes, poterque eos publicare matr. Quia eadem militat ratio: & quia fit quædam irreverentia sacramento, dum senes contrahentes irridentur; teste *Palud.* Sic docent ex Theologis, *Palud. 4.d.28 q.2. a.3. conf.2. nu.* 20. *Veracruz* 1. *p. Spec. ar.*10. *conc.3.* Et ex Jurisperitis, *Henr. c. fin* 11. *de clandest. desponf. Rosella verb Impedimentum, imped.* 1. *n.* 11 *Ang. verb. Clandestinum, n.*1. *Silv. matr.* 2. *q.*17. *d.*3. & *Matrim.* 6. *q* 7. *dicto* 2. *Tabiena Matrim.* 2. *q.* 16. *n.*11.

5 II. Causa est, dum aliqui concubinarii existimati sunt diu conjugati. Quia si sola verecundia sufficit (ut dixi n.3.) a fortiori sufficiet hæc causa, ubi & verecundia, & infamia concurrunt. Sic *Palud. 4 d* 28. *q.2. a.3. concl.*1. *n.29.* & *concl.* 2. *n.* 20. *D. Ant.* 4 *p, tr.*1. *c.*16. *fin. Rosella verb. Impedimentum, imped.*1. *n.*11. *Silv. Matr.*6. *q.*7. *d.*2. Quare immerito hanc causam rejicit *Segura* 2. *p. directorii*, *c.*16. *n.*14. eo quod non concurrat malitiosi impedimenti suspicio. Verum hæc ratio ex eo confunditur, quod (ut dixi n.2.) non sola suspicio hęc, ex justa causa.

6 III. Causa, est quando magnates volunt contrahere matrim. Hanc causam similiter rejicit *Segura* 2. *p. direct. c.*16. *n.*7. eadem ratione ductus, qua præcedentem rejecit: nec ita in universum eam admittunt *Henricus c. fin. in fine, de clandest. desponf. Rosella ve b. Impedimentum, imped.* 1. *n* 11. *Nav. sum. Hisp. c.*22. *n.*70. sed tantum ubi esset antiqua consuetudo, ut hi absque denunciationibus contrahant. Ceterum hæc causa est verissima. Quia horum matrimonia sunt valde publica, sunrque ipsi valde noti, quare si aliquod impedimentum inter eos esset, statim sciretur. Sic tenent *Palud. 4.d.* 28. *q.2. art.*3. *concl.*2 *n* 20. *D. Ant* 3.*p. tr.*1. *c.*16. *fine*, *Sotus* 4. *d.*28. *qu.*1. *art.*2. *post* 3. *concl. vers. De bannis*, *Led.* 2. *p.q.*47. *ar.*5. *fol.*451. *col.*4. *Bartholomæus a Led. dub.* 21. *de matr. Capua lib.* 2. *decisionum, c.*85. *nu.*3. *Lud. Lop.* 2. *p instructorii, de matr. cap.* 39. §. *Circa prædictam doctrinam*, & 1. *p. c.* 87. *initio, Vega lib.* 3, *summæ, casu* 211.

7 Hinc infertur idem dicendum esse, quando nullius impedimenti timor subest: causa enim detegendi impedimenta denunciationes fiunt. Sic *Palud. Sotus, Barth. a Ledesf. Vega nu. præced. allegati*. Ad idem est *Nav. sum. Hisp.* & *Latina, c.*16. *n.* 36. ubi ait esse justam dispensandi causam, dum cessant omnia inconvenientia, ob quæ vitanda denunciationes fiunt.

8 IV. Causa est, quando denunciationibus præmissis non possent benedici nuptiæ, ob tempora, in quo eas benedici prohibitum est vicinitatem: expedit enim, ut consummationi matrim. præmittantur benedictiones: idque hortatur *Trid. sess.* 24. *c.*1. *de matr.* multique dicunt hoc esse præceptum (ut dicam hoc 3. l. disp. 12. n. 1. 2. & 3.) expectare autem ut contrahatur, vel consummetur matrim. transacto eo tempore, esset periculum dissolutionis, vel fornicationis, si nondum contractum est: vel si contractum est, ut ante benedictiones consummetur. Sic *Enriquez lib.*11. *de matr. c.*17. *n.*2. *Barth. a Led. dub.* 21. *de matr. Salzedo præt. c.*73. *ad fin.* §. *Dispensat*, *Segura* 2. *p. dir. c.*16. *nu.* 17 *Manuel* referens Cardinalium decisionem, 1. *t. sum.*2. *edit. c.*217. *concl.* 2. *n.*3.

9 V. Causa est, quando prius contractum est matrim. publice, reperiturque nullum ob impedimentum occultum. Hæc causa ab omnibus admittitur ad vitandum scandalum: & multo fortius habet locum, retenta opinione, quam amplexi sumus lib.2. disp. 37. n.3. nempe non desiderari iterum præsentiam parochi, & testium.

10 VI. Causa est, quando timetur, fore ut consanguinei matrim. impediant. Sic *Henricus c. fin. num.*11. *de clandest. desponf. D. Ant.*3 *p.t. c.*16. *fine*, *Silv. matr.* 6. *qu.*7. *dicto* 2. *Nav. summa, c.*22. *Hispane, nu.*69. *Lat. num.* 70 Ceterum hæc causa non est ita universaliter intelligenda, sed quando timetur fore, ut injuste impediant. Et constat ex *Trid. sess.* 24. *de matrim. c.*1. ubi dicitur, quando est suspicio malitiosi impedimenti: malitia autem dolum, & calumniam importat: ut bene *Glossi. c. finali, fine, de clandest. desponf.* tradit. Sic explicant prædictam causam *Palud 4. d.*28. *q.*2. *a.*2. *concl.* 2. *nu.* 20. *Angel. verb. Clandestinum, num.*1. *Silv. Matrimonium* 2. *q.*17. *dicto* 3. *Tabiena Matrim.* 2. *q.* 10. *nu.*11. *Sotus* 4. *d.*28. *q.*1. *art.*2. *vers. De bannis, Ant. Cuc. l.*5. *inst. maj. t.*11. *n.*65. *Veracruz* 1. *p. speculi, art.*10. *concl.*3. *Lud. Lop.* 2. *p. instructorii de matr. c.*39. §. *Circa prædictam doctrinam*: & Doctores statim in corollario allegandi. Hinc infertur, tunc esse justam causam, quando parentes minis, dolo, vi, vel falsitate, ut suppositis falsis testibus, vel calumniis, impedirent matrim. locus quando adest justa impediendi causa, ob notabilem disparitatem: nec violentia, sed precibus, & suasionibus impedire volunt: quia ibi nihil malitiæ adest, sed jure suo utuntur bene consulentes filiis. Quare dum Doctores antiquitus asserebant licere matrim. clandestinum ob impedimenti timorem, addebant, si parentes, vel tutores malitiose causa patrimonii consumendi impediebant: (ut dicemus n. sequenti.) Sic docent *Menoch conf.*69. *a nu.*29. *vol.*1. *Zerbalus conf.*421. *a nu.*62. *vol.*3. *Riminal. conf.*91. *n.*31. *vol.*6. *Perez lib.*8. *ordin. t.* 16. *l.* 1. *fol.* 284. *col.*2. *Gutier. l.*1. *q. can. c.*20. *a n.*9. *ad finem*, *Segura* 2. *p. directorii judicium, c.*16. *n.*8. & *duplici sequenti, Corduba summ. qu.* 171. *f.*465 *Enriquez lib* 11. *de matr. cap.*6. *n.* 5. Non censebitur tamen violentia, si pater minetur filio se eum minime prælaturum in ea bonorum parte, qua præferre potest (vulgo, *que no le ha de meiorar*) poteſt enim hac beneficii non debiti privatione illum excitare, ut desistat a matrimon. indigno. Sic ex aliis probans *Menoch. d. conf.*69. *nu.*64. Similiter quamvis filius virginem deflorarit fide data de matrim. contrahendo, si ea sit disparitas, & tam ægre feratur a parentibus, & consanguineis, ut multa, & gravia scandala inde nascitura timeantur: potest pater suasionibus impedire: nec timor hujusmodi impedimenti erit justa causa dispensandi in denunciationibus: quia hæc justa est causa dissolvendi sponsalia (ut diximus lib.1. disp. 61. n.1.) Sic *Gutier. l.* 1. *q. Canon. c.*20. *n.*23. & videtur clare tenere *Menoch. d. conf.* 69. *num.*66. considerato argumento, ad quod ibi respondet. Maxime tamen in hoc eventu perpendere debet Ordinarius, unde orientur graviora damna: si enim timetur, parentes, aut consanguineos occisuros alterum contrahentium, vel falsos producturos testes, ut matrim. impediant: & forte semel jam contracto cum remedii spe destituantur, quiescent, ad amicitiamque restituentur, erit justa dispensandi causa. Sic *Palud.* 4. *d.*28. *q.*3. *art* 3. *concl.* 2. *n.*20. *Gutier l.*1. *q. Can. Cap.*20. *num.*26. Si tamen nulla sit contrahentium disparitas, vel filius, aut filia, cujus patrem impediturum matrim. timetur, cum digniori contrahat, penitus omnibus, est justa dispensandi causa: ut bene tradunt *Gutier. eo. o.*20. *nu.*29. *Segura* 2. *p. direct. c.*16. *n.*12. Dixi, omnibus penitus, quia inequalitas generis potest compensari magno divitiarum excessu. Potest etiam ceteris paribus existentibus, notabilis morum alterius dissolutio causa esse magnæ disparitatis, ut pater mediis justis possit filium ab eo matrim. avertere. In duplici autem casu facile præsumitur, patrem injuste impedire matrim. alter est, cum filia XXV. ætatis annum excedit: tunc enim parentes videntur in mora constituti *l.*5. *tit.*7. *p.*6. quare facilius præsumitur, timorem illum impedimenti esse justam causam dispensandi. Sic *Segura d.c.*16. *n.*11. Alter vero est, si filii novercam habeant, facile enim præsumitur ex malitia impediri matr. ut deficiat soboles, & hæreditas perveniat ad filios secundi matrim. & ne pater privetur usufructu hæreditatis maternæ: quare tunc facilius suadere sibi potest Ordinarius esse justam dispensandi causam. Sic *Gutier. ibi n.* 30. *Segura*, *num.* 13.

11 Hinc infertur, justam esse causam, si parentes, aut tutores causa consumandi patrimonii nolint puellam matrim collocare, timeaturque, fore ut impediant. Quia est malitiosum, ac injustum impedimentum. Deinde, quia strictius obligabat olim præceptum non contrahendi; cum ex natura rei plura, & graviora inde sequerentur damna, sed in hoc casu licebat olim clam contrahere, ut testantur *Sotus* 4. *d.*28. *q.*1. *a.*2. *concl.*3. *Petr. de Soto lect.*14. *de matr. Barth. a Led. dubio* 21. *de matr. Petr. de Led. de matr.q.*45. *a.*5. *pun.*1. *dubio* 2. ergo a fortiori erit justa causa dispensandi in denunciationibus. Sic *Lud. Lop.*1. *p. c.*1. *instructorii, c.*86. *paulo post principium*.

12 2. Infertur, oportere ut cautę procedant judices, dum de malitiosi impedimento informantur: nec contentos esse debere, si testes deponant se audivisse consanguineos contradicere: fere enim nulli matr. contradictores desunt, & sæpe data opera coram testibus contradicunt aliqui, minasque jactitant, ad fingendum justam dispensationis causam: unde inquirendum est de contradictionis causa, & videndum, an sit verisimilis, & justa, ob contrahentium notabilem disparitatem: & an sit timor injustis modis, fore ut impediatur matrim. attenta personarum conditione, ut minis, fraudibus vi. Ita *Segura* quamvis non tam ample, 2. *p. direct. c* 16. *n.*18. *Gut. l.*1. *q. can. c.*20. *n.*23.

13 VII. Causa est, quando parentes, vel tutor volunt, ut virgo indigno nubat. Prob. quia in hoc casu licitum erat olim matrim. clandestinum: ut docent *Cajet. tom.*1. *opusc. tr.* 11. *de matr. q.* 2. *Petr. de Soto lect.* 14. *de matr Nav. sum. c.*16. *Hisp.* & *Lat. n.* 37. & *Hisp. c.*22. *n.*69. & 70. *Cov. 4. decr.*2. *p. c.*6. *inut. n.* 8. *Veracr.* 1. *spec. a.*10. *Matienzo l* 5 *rec. t.*1. *l.*1. *n.* 3 *Barth. a Led. dub.* 21. *de matr. Petr. de Led. de matr.q.*45. *a.*5. *puncti.* 1. *dub.* 2. *concl.*3. ergo a fortiori erit justa causa dispensandi in denunciationibus. Sic *Segura* 2 *p. direct. c.*16. *n.*15. *Spino speculo testamentorum, gl.*15. *n.*31. *Lud. Lop.* 1. *p. instruct. c.*86. §. *Excusatur*: & 2. *p. de matr. c.*39. §. *Circa prædictam doctrinam. Capua lib.*2. *decisionum, c.* 85. *n.*4. *Manuel* 1. *tom. summæ*, 2. *edit. c* 217. *n.* 1. *concl.*1.

14 VIII. Causa est, quando valde aliquibus expediret conjugium, timerentque impedimentum. Prob. quia. in eo eventu erant olim licita matrim. clandestina: ut docent *Sot.*4. *d.*28. *q.* 1. *a.*2. *concl.*2. *Led.* 2.*p.q.*47. *a.*5. *fol.*451. *col* 4. *Matienzo*, *Barth. a Led. Petr. de Ledesf. n. præc. allegati*: ergo a fortiori est justa causa dispensandi in denunciationibus: & ita docent *Lud. Lop.* 1. *p. instruct. c.*86. §. *Præterea*, *Sotus*, & 2. *p. de matr. c.* 39. §. *Circa prædictam doctrinam*, *Capua lib.* 2. *decisionum*, *c.* 85. *n.* 7. Quare in omnibus casibus, in quibus olim erant licita matrim. clandestina, justa est causa dispensandi in denunciationibus. Ut bene tradit *Segura*, 2. *p. direct. c.*16. *n.* 12.

15 Hinc infertur, si virginis deflorator damnum refarcire velit eam ducens, periculumque fit fore, ut animum mutet, justam esse causam, quia tunc valde expedit conjugium. Sic *Segura eo. c.*16. Idem crederem, quando femina non esset virgo, infamata tamen est: quia similiter valde expediens esset matrim. Similiter credo esse justam causam, quando duo filem fibi dederunt de matrim. contrahendo: & alter tam levis est, ut probabilis timor sit hac levitate, vel aliis conjecturis attentis, fore ut injuste a fide data resiliat. Quia hoc conjugium, valde expedit utrique contrahenti, alteri de quo est timor, ne peccatum lethale admittat injuste resiliendo: alteri vero, ne matrim. sibi ex justitia debito, defraudetur.

16 IX. Causa est, si repentinus casus offerret rationem contrahendi matr. ut si aliqui tamquam concubinarii comprehensi a judice, essent plectendi, ut possent dicere se esse conjugatos, esset justa dispensandi in denunciationibus causa. Quia hoc casu *Sotus, Matienzo, Barth. Led. de Petr. a Led. relati n.* 14. affirmant olim fuisse licita matrim. clandestina. Sic *Lud. Lop. utroque loco allegat. n.*14. *Capua lib.* 2. *decisionum, c.*85. *n.*5.

17 X. Causa est, ob periculum animæ, ut si duo sint concubinarii, velintque matr. inire, ut in bono statu constituantur: periculumque sit fore, ut dum denunciationes præmittuntur commiceantur. Similiter si meretrix in lupanari exposita vellet cum aliquo inire matrim. justam dispensandi causam præberet. 1. ut hæc desistat statim a malo statu. 2. ob periculum ne ipsa, vel sponsus voluntatem muret, in eoque statu permaneant. Probatur ex dictis n.præc. si enim ob corporis periculum ut concubinarii temporali pœna eximantur, id licitum est; a fortiori id licebit, ut animæ periculum vitetur.

18 XI. Causa est, ad vitanda scandala ob aliquam sactionem, quæ vitari possunt statim inito matrim. Constat, quia in minoribus periculis id concedunt DD. ut vidimus. Sic *Bart. a Led. dub.* 2. *de matr. Vega l.*3. *summæ, casu* 211.

19 XII. Causa est, dum in mortis articulo constitutus vult concubinam ducere, quo prolem susceptam legitimet, quia nulla urgentior ratio potest assignari. Sic *Dom. consil.*65. *n.* 5. & 6. *Nav. sum. c.*16. *n.*37. *Cov.4. decr.*2. *p. c.*6. *initio*, *n.* 12. *fin. Greg. Lop. l.*3. *verb. Noseriam*, *t.*3. *p.*4. *Sacramento lib.*1. *select. c.*6. *nu.*7. *Perez l.*5. *ordinam. t primo*, *lib.*1 *paulo post princ. Spino speculi. tesi. gl.*15. *n.*25. *Azebedo l.*5. *recop. tit.*1. *l.* 1. *n.*32. *Enriquez l.* 11. *de matr. c.*5. *n.*4. *Manuel* 1. *t. sum.*2. *edit. c.*217. *n.*2. *concl.* 1. *Capua l.*2. *dec.*85. *n* 4. *Lud. Lop.* 1. *p. instr. c.*86. *initio*. Idem crederem nulla existente sobole, si concubinam ducere velit, erga quam valde affectus est, ut in bono statu decedat, securiorque fit transitus. Quia hoc maxime expedit animæ saluti. Et ita *Nav. Capua*, & *Lud. Lop.* utramque causam explicarunt, nimirum ad legitimandam prolem, & ad securiorem transitum.

20 In omnibus autem casibus, in quibus dispensatur, ne denunciationes præmittantur matr. debet Ordinarius informari, an aliqua impedimenta subsint inter contrahentes: ne periculo exponatur impeditos conjungendi. Sic *Palud*, 4. *d.* 28. *q.* 2. *art* 3. *concl.*2. *num.*20.

DISPUTATIO X.

An concurrentibus prædictis causis teneatur Ordinarius dispensare in denunciationibus, nulla pena, aut mulcta pecunię imposita: & si nolit, posit ab ipso appellari: vel sine ejus licentia injuste negata, vel quia ad ipsum non est recursus, contrahi matrim. omissis denunciationibus?

SUMMARIUM.

*Quot sint quæstiones disputandæ, num.*1.

An peccet prælatus negans dispensationem ex justa causa petitam: refertur sent. affirmans peccare, 2.

*Et ibi, juncto n.*7. *quando sit acceptio personarum, dispensare cum uno* & *non cum alio, existentibus eisdem causis.*

Sententia verior affirmans quandoque teneri dispensare, quandoque non, 3.

Quando teneatur, & *quando non, refertur duplex sent. nu.* 4. & 5. *Et ibi, quid in denunciationibus matrim. justa utramque Thom. Sanchez de Matrim. Tom. I.*

que sententæ, dicendum sit.

Sententia authoris, 6.

*Solvuntur argumenta n.*7. & *ibi enodantur c. Domino sancto*, & *c. Ut constitueretur* 50. *d.* & *c. Quanto*, 2. *q.*4.

Post quem invenies alia summaria.

QUatuor quæstiones disputandæ sunt. I. quando peccet Ordinarius negans dispensationem. II. quando possit dispensans pecuniæ mulctam fabricæ, vel pauperibus applicandam, imponere. III. quando Ordinario negante dispensationem appellari possit. IV. quando omitti possint denunciationes absque dispensatione, quia prælatus injuste eam denegat, vel non est recursus ad ipsum. 1

Quæstio I. Utrum existente causa justa dispensandi in denunciationibus teneatur sub peccati pena Ordinarius dispensare, petentibus subditis? Duplex est sent. I. affirmat teneri, peccareque si absque justa causa deneget. Prob. 1. ex *c. Domino sancto*, 50. *d.* ibi, *Ut necesse sit illos restaurare in loco honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem recepisse meruntur*. Et *cap. Quanto*, *in fin.* 2. *q.*4. ibi, *Quia sicut in contumacia persistentibus severos nos esse convenit, sic humiliatis*, & *pœnitentibus locum veniæ negare non debemus*. Ergo quando adest justa causa, tenetur Ordinarius dispensare. 2. Quia cum acceptio personarum opponatur justitiæ distributivę, in solis debitis ex hac justitia committitur: ut fatentur omnes cum *D. Tb.* 2. 2. *q.*63. *ar.* 1. *ad* 3. sed prælatus male dispensans est acceptor personarum, ut docent *Abulen. c.*22. *Matth. q.*117. *D. Ant.* 2. *p.t.*1. *c.*20. §.1. *fi. Sotus l.*3. *de just. q.*6. *art.*4 *ad* 3. *Aragon.* 2. 2. *p.* 63. *art.*4. *paulo post principium*: ergo dispensatio existente justa causa est debita ex justitia distributiva. Et confirm. quia usus potestatis prælati est bonum quoddam publicum, ad bonum subditorum ordinatum, & prælatus est quasi distributor illius, ergo ex justitia distributiva tenetur illis distribuere secundum merita causæ unusquisque subditi: si ergo causa justa existente non dispenset, peccabit adversus justitiam distributivam, ac iniquus distributor. 2. Confir. quia existentibus eisdem causis si cum uno dispenset, alteri autem deneget, est acceptor personarum: ut bene docent *Rebuff. praxi benefic. t. de dispensat. ad plura beneficia, n.*34. *Manuel* 1. *t. sum.*2. *edit. c.*6. *conc.* 1. *n.*1. ergo dispensatio non est gratia, existente justa causa. 2. principaliter prob. quia *Trid. sess.* 24. *c.*1. *de matr.* non absolute committit Episcopo dispensare in denunciationibus, sed ejus prudentiæ remittit: quod verbum non liberam voluntatem, sed ratione regulatam denotat: ergo ubi recta ratio, & justa causa dictat dispensandum esse, tenetur Episcopus dispensare. Hanc sent. tractantes in generali de dispensatione, docent asserentes teneri prælatum dispensare, quoties subest justa causa, & alias peccare, *Gloss. cap. Domino sancto, verb. Necesse*, *d.*50. & *ibi Tur. n.*9. *c. Ant. c. At si clerici* §. *de adulteriis*, *n.*12. *fin. de judiciis*: & *ibi Card. num* 2. & *Alex. de Nevo nu.*29. qui specialiter reprobat sent. hoc limitantem, quando adest utilitas, aut necessitas publica, & ait communem sent. tenere semper quoties adest causa justa dispensandi, teneri prelatum dispensare: eamdem tenet *Rebuff. repet. c. Postulastis, notab.*3. *n.*12. *de cler. exc. ministr. D Ant.*1. *p.t.*17. *c. un.* §. 20. *v. Et nota secundum. Rosel. verb. Dispensatio, n.* 4. ubi *Silv. q.*1. *fin. Arm. verb. Dispensare, n.*14. & est probabilis.

II. Sent. cui adhæreo, tenet non semper existente causa justa dispensationem esse debitam, sed quandoque esse debitam, quandoque autem gratiam. Prob. quia in jure aliquando applicatur gratia ut *c. Licet canon, de elect. in* 6. ibi, *Possit Ordinarius gratiam dispensationis facere*, & *c. Didici*, 1. *q.*7. *fin.* ibi, *Dispensationis enim gratia*, & *c. penult. de cleric. excom. minist.* ibi, *Propter quod dispensationis gratia*. Ergo dispensatio non semper est debita. 2. Quia non quicquid potestati judicis permittitur, id juris necessitati subjicitur, *l. Quidquid*, 40. *ff. de judiciis*; & notat *gl. c. Consuluit, verb. Gratiam, de offic. deleg.* ergo 3. ex *c. Postulastis, de cler. exc. minist.* ibi, *Nisi forsitan cum eis fuerit misericorditer dispensatum*. Et loquitur textus, quando est justa causa, alias esset dissipatio: ergo dispensatio ex justa causa non semper est debita, sed aliquando est gratia, & misericordiæ. Pro hac sent. sunt *gl. c. Exigunt, in princ.* 1. *q.*7. & *Abb. c. Consil. n.*4. *de observ. jejun.* ubi ajunt dispensationem quando esse debitam, & tenent *Arch. d. c. Licet canon, n* 6. *v. Gratiam*, & *c. Ut constitueretur, super gl. Relaxatio*, *d.*50. & *ibi Turrec. n.*9. & 10. *Dom. d. c. Licet canon*, §. *Super residentia, n.*3. & *ibi Fran.* §. *Etiam, n.*2. *v. Secundo infertur: Abb. c. At si clerici*, §. *de adulteriis, n.* 15. *de judiciis*, & *ibi Decius a n.*163. *Fel. ibi*, *n.*15. 2

Restat discurrere, quando sit debita, & quando gratia. In quo duplex est sentiendi modus: I ait, si jus disponat prælatum in aliquo casu debere dispensare, esse debitam, peccareque non dispensando: secus, si tantum permittat dispensare. Sic *Arch. utroque loco. Domin. Franc. Felin. Turrec. n. præc. allegati*. Unde cum *Tridentinum sess.* 24. *c.*1. *de matr.* agens de dispensatione facienda per Episcopum in denunciationibus, solam suspicionis malitiosi impedimenti causam expresserit, instruens ut si illa adsit, dispenset: asserendum est juxta hanc sentent. illa suspicione stanti, teneri Episcopum dispensare: non vero concurrentibus aliis causis justis. Et ita videtur aperte sentire *Gutier. l.*1. *q. canon. c.*20. *nu.*33. *vers. Preterea ordinarius*. 4

II. Sentiendi modus est, dispensationem esse debitam, quoties in dispensatione utilitas publica vertitur: ut quia vitatur scandalum, aut Ecclesiæ multo utilior est: esse autem gratiam, quoties 5

solum dispensatio necessaria est ob privatam petentis utilitatem. Ut si clericus parum utilis Ecclesię dispensationem petat, eo quod satis contritus sit de culpa, pęnitentiamque egerit, tunc enim quamvis prælatus dispensare possit, non tamen tenetur. Prob. ex *c. Ut constitueretur, d.*50. ibi, *Verum in ejusmodi causis, ubi per graves dissensionum scissuras, non hujus, aut illius hominis periculum, sed populum plurimorum strages jacet, detrahendum est aliquid severitati.* Ubi bonum commune, & non privatum ponderat *D. Aug.* ut dispensatio debeatur; & *c. At si clerici*, §. *De adulteriis*, de judiciis loquens textus de utilitate privata, sic ait, *De adulteriis, & aliis criminibus, quæ sunt minora, potest Episcopus cum clericis post peractam pęnitentiam dispensare*, ubi non dicit teneri, sed posse. Ita videtur clare tenere *gl. d.c. Ut constitueretur, verb. Detrahendum*, ubi ait, dispensationem quandoque esse debitam, scilicet, ubi multorum strages jacet, & tenet *Abb. d. cap. At si clerici*, §. *de adulteriis, n.*20. *& ibi Decius a n.*163. *usque ad* 166. *Abul. c.*22. *Matt. q.*117. *reg.*2. Quare juxta hanc sent. dicendum est, tunc teneri prelatum dispensare in matrim. denunciationibus, quando publicum scandalum vitaretur, vel expediret bono communi ad componendas paces inter personas publicas.

6 Ceterum existimo teneri prælatum dispensare in iis casibus, in quibus scandalum sequeretur, aut est suspicio malitiosi impedimenti: expedit enim bono publico, ne matrim. malitiose, vi, aut fraudibus impediantur: & quando subditis expedit valde ad bonum animæ, aut corporis dispensatio. Ut quia vir defloravit feminam, & est periculum mutationis voluntatis viri: vel contrahentes sunt in peccato concubinatus, & illo pacto animę suæ saluti consulent, periculumque est in mora: vel morti vicinus vult ducere concubinam, quod legitimet prolem, vel in bono statu decedat; quare si citra causam justam majoris boni prælatus dispensationem tunc neget, reus erit culpę: secus quando nullum publicum, aut privatum notabile damnum sequitur. Ut quando senex cum juvencula, vel duo senes contrahere volunt, vel quando nullus est timor impedimenti inter contrahentes, vel sunt magnates, & in similibus causis: tunc enim quando Episcopus possit dispensare (ut late tradidi disp. præced.) non tamen tenetur. Prob. prior pars, quia potestas dispensandi in prælatis est in subditorum bonum: ergo quoties recta ratio, & notabile illorum bonum poscit, ut prælatus ea utatur, tenetur uti. 2. Quia prælatus ex officio tenetur consulere saluti spirituali subditorum, ergo cum dispensatio valde saluti illi expedit, tenetur dispensare. 3. Specialiter, quando adest causa suspicionis: nam *c. Cum ex eo, de elect. in* 6. ait textus, ut Episcopi possint libere cum clerico dispensare, ne septennio resideat ratione studii: ubi quamvis utatur verb. Possint libere, quod meram libertatem importat, adhuc dicunt ibi, *Arch. ante n.*1. *vers. Libere, Joan. And. in Franc. num.* 2. *notab.* 2. *Dec. c. At si clerici*, §. *de adulteriis, n.*163. *de judiciis*, teneri dispensare. Et reddunt rationem *Jo. Andr. & Franc.* quia subest causa in eo textu expressa: ergo a fortiori cum *Trident. sess.* 24. *c.*1. *de matr.* exprimat causam dispensandi, suspicionem malitiosi impedimenti, non obstante quod statim relinquat arbitrio Ordinarii, quod regulatum ratione esse debet, tenebitur ea ratione concurrente dispensare. Prob. posterior pars rationibus 2. sent. propositis n.3. & quia nulla in iis casibus urgens ratio apparet, dispensare cogens. Hanc sent. videtur tenere *Barbatius consil.* 40. *nu.*3. *vol.*4. ubi ait, prælatum teneri dispensare quoties adsint urgentes dispensandi causæ. Et pro ea sunt *Sotus, & alii*, qui (ut n.26. videbimus) asserunt, si his casibus prælatus injuste neget dispensationem, posse omissis denunciationibus contrahi: quod utique non liceret, si prælatus non teneretur tunc dispensare. Et in priori parte hujus sent. convenimus cum 1. sent. proposita nu. 2. in posteriori vero parte convenimus cum 2. sent. proposita n. 3. & cum DD. allegatis 1. & 2. sentiendi modo, n.4. & 5.

7 Ad arg. proposita n.2. respondetur: ad 1. intelligendos esse eos textus, si de præcepto loquantur, quando est necessaria dispensatio ad bonum commune, vel notabile alicujus privati: vel intellectos de omni dispensatione, loqui de consilio. Ad 2. dic, negandam esse conseq. quia in dispensatione male concessa absque justa causa, est acceptio personarum: non quia dispensatio illa debita sit, imo tunc est indebita: sed quia debita est ad hunc sensum, ut ex causa justa facienda sit, & ita solum concludit arg. semper deberi dispensationem, in hoc sensu, ut semper debeat ex justa causa concedi; non autem, ut semper concedi debeat, dum adest justa causa. Sicut in distributione beneficiorum iniqua, est personarum acceptio: non tamen inde sequitur, quoties aliquis est dignus beneficio, esse illi necessario conferendum. Ad 1. confir. distinguo conseq. tenetur dispensare secundum merita causæ, id est, semper tenetur ex causa justa dispensare: concedo: in eo tamen sensu, ut quoties adest causa justa, teneatur: nego. Ad 2. confir. dic antec. esse verum, quando dispensatio est debita: secus quando tantum est permissa, & gratuita: tunc enim potest Ordinarius cessante scandalo, cum quo maluerit dispensare, absque vitio acceptionis personarum: sicut concurrentibus duobus æque dignis potest Episcopus utri illorum velit, conferre beneficium. Ad 3. neg. cons. solum enim concludit non posse prælatum ad libitum dispensare, sed ex causa. Ad arg. propositum n.5. dic, D. Augustinum non intendere, ob solum bonum commune concedendam esse dispensationem: sed (ut constat ex antecedentibus) non omnes pęnitentes admittendos esse ad ordines, ne spe veniæ pęnitentiam fingant, faciliusque delinquant: sed quando agitur de vitando communi periculo, parcendum esse ad vitanda majora mala. Ad *c. At si clerici*, dic solum probare non semper teneri Episcopum dispensare, quando adest causa justa: quod nos fassi sumus num.6.

S U M M A R I U M.

An liceat ei, cum quo dispensatur, imponere aliquam pecuniariam mulctam, & similiter illi, cum quo dispensatur in jejunio, vel aliis legibus: proponuntur argum. probantia licere, nu. 8.
*Sententia authoris n.*9. *&* 10.
*Solvuntur argumenta, nu.*11. *& explicatur cap. Licet, de feriis, an sit de præcepto eleemosyna illi injuncta, piscanti diebus festivis, junct. nu.*9.
Post nu. 11. *invenies alia summaria.*

8 QUæstio II. An quando adest legitima dispensandi causa, possit Ordinarius imponere ei, cum quo dispensatur, aliquam pecuniæ mulctam, fabricæ Ecclesiæ, aut piis operibus? Videtur posse: quia cui licet quod plus est, licet id, quod minus est, *reg. Cui licet, de reg. jur. in*6. qua ratione docent *Palud.* 4. *dist.* 38. *q.*4. *a.*3 *conc.*5. *n.*35. *Sylv. votum* 4. *q.*3. *d.*2. *P. Sotus l.*7. *de just. q.*4. *a.*3. *vers. Abbates, Aragon.* 2.2. *q.*88. *a.*12. §. *Si quis autem quærat an omnis, d.*2. *directorium curatorum, c.* 10. *Manuel bulla cruc.* §.9. *n* 115. habentem facultatem dispensandi in votis, posse ea commutare: quia plus est dispensare: sed Ordinarius potest absolute dispensare in denunciationibus matrim. ergo poterit via commutationis illius obligationis imponere aliquam mulctam pecuniariam, sicut consulunt DD. ne absolute dispenset in voto, sed imposita aliqua commutatione. Et confirm. quia *Nav. c. Si quando, de rescript. except.*21. *in confut. oppositorum, n.*1. docet compositiones factas apud Apostol. sedem applicando aliquam pecuniam piis operibus, non fieri per modum contractus, & pretii, sed per viam cujusdam pęnitentiæ, & gratiarum actionis: ergo eodem modo poterit Episcopus illam mulctam imponere Prob. ex *c. Licet, de feriis*, ibi, *Indulgemus, ut liceat diebus dominicis, si halecia terræ se inclinaverint, eorum captioni ingruente necessitate intendere, ita quod post factam capturam Ecclesiis circumpositis, & Christi pauperibus congruam faciant portionem.* Ubi constat, Pontificem dispensare in præcepto sanctificandi festa, imposita eleemosyna, quam sub pręcepto imponi docet *Ant. ibi n.*8. *Ang. verb. Feriæ, n.* 35. & videtur tenere *Cajet.* 2.2. *q.*122. *a.*4. *dub. penult.* §. *In septimo casu: & sum. verb. Festorum violatio*, §. *Violentia autem, v. Quarto ex occursu*, ubi dicens permissam esse illam piscationem, subdit piscantes memores esse debere oneris, *d. c. Licet*, injuncti. Videtur etiam tenere *Nav. sum. c.*13. *n.*9. ubi ait, debere piscantes illam eleemosynam contribuere: ergo similiter dum dispensat Ordinarius in denunciationibus matrim. poterit aliquam eleemosynam imponere. Et confirm. quia *Abb. eo. c. Licet, num.* 4. ait eum textum facere, ut possit illi, cum quo ex aliqua causa dispensatur circa jejunium, imponi aliqua eleemosyna.

9 Dico tamen primo, id nullo modo licere. Prob. quia *Trid. sess.* 24. *c.*1. *de matr.* solam concedi Episc. facultatem remittendi denunciationes, & dispensandi, in canone eas fieri præcipiente, non autem concedit facultatem, obligationem legis in aliam materiam commutandi: alias sine causa justa posset remittere denuntiationes, commutando in aliud opus pium: sicut potest absq; alia causa obligationem voti in aliam commutare. Et confir. quia plus est legem commutare, quam in ea dispensare: ergo concessa per Trid. dispensatione, non subinde conceditur commutatio. Prob. antecedens, quia cum dispensat Ordinarius, solum tollit omnino obligationem, & vinculum legis: at cum commutat, tollit omnino vinculum legis, & imponit novum vinculum: non sic autem est in voto, in eo enim plus est dispensare, quia tollitur omnino vinculum voti: quam commutare, quod non tollit vinculum voti, sed idem votum manet circa materiam commutatam, unde violatur votum, si materia commutata non impleatur: at non violatur lex, si id in quod commutatur per inferiorem, non impleatur: inferior enim non potest legem edere. Et constat manifeste differentia, quia votum potest idemmet vovens in melius commutare: non tamen obligationem legis. Sed objicies, cur commutata materia legis non maneat idem legis vinculum circa illam materiam: sicut commutato voto manet idem vinculi votum circa rem, in quam commutatio fit: sicut enim commutans legem, nequit legis vinculum imponere, ita commutans votum nequit alium voto obligare. Dic, differentiam in hoc consistere, quod superior commutans legem, si supremus princeps non sit, nec ipse cui commutatur, potest obligationem legis imponere: at vero licet commutans votum, nequeat voti obligationem imponere: ipse tamen, cui votum commutatur potest se vinculo voti astringere, & eo ipso quod commutationi voti consentit, subinde vult priori vinculo voti ad illam materiam, in quam commutatur, obligari. 2. Prob. ex *Trid. ses.*25. *de refor. c.*18. ubi præcipitur, dispensationem gratis faciendam esse: ergo non potest imponi aliqua eleemosyna, alias non conceditur gratis dispensatio: ut non vere faciam sacrum pro aliquo gratis, si ipsum obligem ad eleemosynam tertio conferendam. Et confir. quia Episcopus concedens subdito dimissorias ad ordines, non potest ipsum obligare, ut eam ob causam eleemosynam alicui largiatur: quia esset contra Trid. *sess.*21. *c.*1. *de refor.* jubens dimissorias gratis dari, ergo cum

cum similiter jubeat, *d. c.*18. dispensationes gratis fieri, non poterit dispensans aliquam eleemosynam imponere ex obligatione dandam: & ita tenet *Sotus* 4. *d* 28. *q.*1. *a.*2. *v. Ex his primum colligitur*, ubi hæc ait, *Cum subest causa dispensandi in denunciationibus, iniquum est dispensatis imponere aliquam mulctam etiam pro fabrica.* Idem *Lud. Lop.* 2. *p. instruct. de matr. c.*39. §. *Sed si quis, f.* 1060. *col.*1. Ex his colligitur idem dicendum esse, quoties prælatus dispensat in quacumque alia lege, ut jejunii, observationis festorum, quia eadem est ratio.

10 2. Dico, quando delictum præberet justam dispensandi causam, ut concubinatus, aut virginis defloratio, tunc non ob dispensationem, sed in delicti pęnitentiam posset Ordinarius aliquam mulctam pecuniariam imponere: sicut quando aliquis petit dispensationem delicti, potest in delicti pœnam aliquid imponi: justum enim est, ut penas det.

11 Ad arg. proposita n.8. respondetur. Ad 1. constat ex dictis n.9. Ad confir. dic id licere Pontifici, qui non subjicitur legibus concilii, & tanquam legislator potest obligationem, ac vinculum legis in aliud commutare: quod inferioribus non licet. Ad 2. dico verius esse eam eleemosynam non injungi *eo. c. Licet*, de præcepto, sed tantum de consilio: ut docent *Sylv. verb. Dominica, qu.*4. *vers. Quæ autem necessitas, Tabiena verb. Feriæ, q.* 45. *n.*46. *fine, Armilla, verb. Festum, n.* 20. *fin. Lud. Lop.* 1. *p. instr. cap.*52. §. *Non peccant in festo.* Vel 2. esto id liceret Pontifici, non subinde aliis licere infertur. Ad confirm. dic eam doctrinam Abbatis de solo Pontifice esse veram.

S U M M A R I U M.

*An si nolit prælatus dispensare in denunciationibus, vel quoties aliquid committitur prudentiæ, & judicio, si adsit justa causa, possit appellari: referuntur opiniones, n.*12.
*Referuntur duæ glossæ contrarię, an quando aliquid committitur conscientiæ, sit appellationi locus, n.*13. *Et varii modi conciliandi, a n.*14. *ad* 19.
*Quando jus præcipit ex aliqua causa dispensationem, si prælatus dispensare nolit, potest appellari, quoad effectum suspensivum, & devolutivum, n.*20.
*Quando jus non præcipit, sed judicio, & conscientię prælati relinquit, admittitur appellatio quoad solum effectum devolutivum, quando prælatus tenetur dispensare, n.*21. *& tenetur superior dispensare, quando inferior tenebatur,* 22.
*Quando inferior poterat, sed non tenebatur dispensare, non est locus appellationi, n.*23.
*Potest tunc officium superioris, ut dispenset, vel cogat inferiorem dispensare, implorari, n.*24. *& ibi, an detur appellatio, si nolit Ordinarius dispensare in denunciationibus.*
Post quem invenies alia summaria.

12 QUæstio III. An si existente causa justa ad dispensandum in denunciationibus nolit prælatus dispensare, possit appellari ad superiorem? Difficultas hujus consistit in verbis *Trident. sess.*24. *c.*1. *de matr. c.*1. ubi hanc dispensationem committit prudentiæ, & judicio Episcopi: ubi per verbum prudentiæ, committit arbitrio: per verbum autem judicio, conscientiæ: (ut probavi hoc 3. l. disp. 8. n.4) Ex ea ergo parte, qua committit arbitrio, sunt qui asserant, quoties aliquid committitur arbitrio, non esse appellationi locum. Sic *Jo. Andr. c.*2. *de juram. calum. in* 6. *n.*2. *vers. Ad sol.* Alii vero dicunt esse locum appellationi. Sic *gl. c.*1. *de confessis, in* 6. *fi. & c. Super his, verb. Arbitrium, de accusat. & l. Si qua pœna,* 224. *verb. de pœna fin. ff. de verb. signif.* & clarius ibi *Bart. n.*8. *Franc. cap.*2. *de juram. calum. in* 6. *n.* 3. *vers. Aliquando remittitur arbitrio simpliciter: & vers. Aliquando fit commissio*, hoc limitat in rebus magni præjudicii: idem tenent multi alii, quos refert, & sequitur *Peralta l.*1. *nu.* 35. *ff. de legat.*2. Alii vero sic conciliant has opiniones, aut judex cognoscit ut judex, licet committatur ejus arbitrio, & tunc potest appellari: & ita intelligitur secunda sent. aut solum procedit ut vir bonus, & tunc non appellatur, ut docet *Bart. l.*1. *fin. ff. de leg.* 2. ita intelligitur 1. sent. at posset attentari posse peti coram superiore, ut reducat ad æquitatem. Ita *Panor. c. de his, n.*16. *de accus.* ubi etiam alio modo concordat, quando processit extra judicium in commissis arbitrio suo, ut in pœnitentiis injungendis, dispensationibus faciendis, tunc non appellatur: secus quando judicialiter.

13 Ex alio vero capite, quod committitur conscientiæ, est magna difficultas: sunt enim duæ glossæ, quæ sibi ex diametro contradicere videntur. Prior est *cap. Statutum*, §. *Assessorem, verb. Relinquatur, de rescript. in* 6. ubi dicit, quoties aliquid relinquitur conscientiæ, non posse moveri quæstionem, quod male egerit: quam sequuntur *Bald. l.*2. *n.*11. *C. de sent. ex brevi recit. Paul. l. De pupillo*, §. *Qui opus, n.*2. *ff. de oper. novi nunciat. Maranta de ordine judic.* 6. *p. tit. & quando appellatur, n* 363. Posterior glossa est, *Clem.*1. *de jurepatr verb. Oneramus*, ubi textus remittit conscientiæ Episc. moderationem portionis patronis debitæ: & tamen glossa ait, si appelletur a moderatione Episcopi, ipsum non delaturum appellationi ad superiorem ad quem appellatum est, ex officio emendaturum quod male gestum est. Quam sequuntur *Ant. c. Super de his, de accus. n.*34. *& ibi Abb. n.*16. *Tiraq. de retract. lignagii.* §. 4. *gloss.*1. *nu.* 11. *Padil. l. Cum quidam, n.*11. *ff. de leg.*2. *Cavalc.* 1. *p. d.* 46. *nu.* 422. Harum igitur glossarum concordia multum negotii facessit, DD. variique conciliandi sunt.

14 I. Modus conciliandi est, quando canon remittit conscientiæ judicis, non explicans quid fieri debeat, sed absolute: tunc intelligitur prior gloss. dicens non posse appellari: si vero explicet quid fieri debeat, intelligitur posterior docens posse appellari. Sic *Immol. Clem.*1. *de jurepatr. n.*7.

15 II. Modus est, ut prior glossa negans querelam, intelligatur per viam justitiæ, de juris enim rigore admitti non debet, posterior vero admittens intelligatur per viam supplicationis, & misericordiæ: potest enim ex misericordia superior admittere, & emendare, quod minus bene ab inferiore gestum est. Sic *Bald. c. Si sacerdos, n.*4. *de offic. ordin. Domin. c. Statutum*, §. *Assessorem, n.*5. *de rescrip. in* 6. *& ibi Francus n.*6. *Anani. c. Significasti, el* 1. *de homic. Immol. l. Ab executore, in fi. pr. ff. de appel. & Clem.* 1. *de jurepatr.* ubi *Bonif. n.* 55. *&* 56. *Jas. inst. de act.* §. *Sed istæ, n.*136. Et videntur tenere *gl. c. Ut constitueretur, verb. Detrahendum, d.*50. *Arch. c. Licet canon. de elect. in* 6. *ad fi. nu.*6. *v. Possit dispensatio. Rebuff. repet. c. Postulastis, notab.* 3. *n.*12. *de clerico exc. ministr. Turrec. d. c. Ut constitueretur, n.* 9. *D. Ant.* 1. *p. t.*17. *c. un.* §.20. *v. Et nota secundum, Ros. verb. Dispensatio, n.* 4. ubi *Syl. q.*1. *fine*, qui omnes non tantum quando dispensatio committitur arbitrio, & conscientiæ, loquuntur: sed absolute dicunt, quamvis dispensatio debita sit, postulantem jure petendi destitutum esse. Addunt *Rebuff. Turrecr. D. Ant. Rosella, & Silvest.* nisi deprecative, & supplicando.

16 III. Modus est, ut per viam justitiæ admittatur appellatio, non quoad effectum suspensivum, non enim suspenditur jurisdictio judicis per eam appellationem, sed ea non obstante potest executioni mandare suam sententiam: & ita intelligitur prior glossa appellationem denegans: admittitur tamen appellatio quoad effectum devolutivum: quia devolvitur causa ad superiorem, qui potest inferiorem inhibere: & ita intelligitur posterior glossa concedens appellationem: ut in simili docet *gl. c. Romanæ*, §. *Si autem, verb. Mandetur, de appell. in* 6. posse notorium criminosum appellare, quoad effectum devolutivum, non autem quoad suspensivum: ita *Dom. c.*2. *de jur. calu. in* 6. *n.*10. *Fel. c. Significasti, el* 1. *de homic. n.*4. *v. Tertio fallit. Matianus c. Super his, ad fi. de accusat. Immola c.*1. *de constit. n.*15.

17 IV. Modus est, ut gl. prior negans appellationem, intelligatur de rebus modici præjudicii: posterior admittens, in rebus magni. Sic *Bald. l.*1. *n.*3. *C. de reb. cred Roman. rubr ff. de arb. col.*2.

18 V. Modus est, quando committitur conscientiæ simpliciter, non potest appellari: secus juncta qualitate importante justitiam, ut ad tuæ conscientiæ judicium. Sic *Francus cap. Statutum*, §. *Assessorem, n.* 6. *fine, de rescript. in* 6.

19 Ultimus modus est, quando committitur conscientiæ, non potest appellari: secus si committatur arbitrio. Sic *Lup. c.*2. *de juram. calum. in* 6. quem refert, & sequitur *ibi Anch. num.* 4. *notab.*4.

20 I. Conclus. sit, quando jus ex aliqua causa præcipit dispensationem, tunc si nolit judex dispensare, potest appellari quoad effectum devolutivum, & suspensivum: quia ille, cum quo dispensandum est, actionem habet ex præcepto legis, ut secum dispensetur. Sic *Fel. c. Exceptionem n.*6. *de except.*

21 II. Conclus. dum id non præcipit jus, sed conscientiæ Ordinarii relinquit, an expediat dispensare? tunc si talis adsit causa, ut teneatur dispensare, juxta tradita n.6. placet III. modus conciliandi glossas, propositas n.16. ut non admittatur appellatio quoad effectum suspensivum, non enim judex tenetur illi deferre, quia non habet aliquam actionem petens dispensationem, cum nullo jure præcipiatur dispensatio: at habebit appellatio effectum devolutivum: quia devolvetur causa ad superiorem, qui ex officio potest compellere inferiorem, ut dispenset: sicut contingit in obligatione naturali, in qua licet non detur actio civilis, at potest invocari officium judicis, ut compellat: teste *Antonino c. Quæ in Ecclesiarum, n.*27. *de const.* Idem dicunt alii asserentes: licet peti non possit jure actionis talis dispensatio, at cum superiore posse agi officium judicis implorando, ut fiat dispensatio. Sic *glos. c. Domino sancto, verb. Necesse, d.* 50. *& c. Exigunt, init.* 1. *q.*7. *Ant. c. At si clerici*, §. *De adulteriis, n.* 12. *fi. de judiciis, Card. ibi n.*2. *Alex. de Nevo ibi n.*29. *Abb. n.* 20. *Anch. n.*9. *q.*2. *v. Nun. quid ergo possit Episc. Barb. cons.*40. *n.*4. *vol.* 4. facit etiam *Abb. c. Pastoralis, in princ. a.*17. *de appellat.* ubi ait etiam in dispensatione facienda cogi judicem per superiorem, si subsit legitima dispensandi causa.

22 Hinc infertur, casu, quo inferior tenebatur dispensare, teneri superiorem, ad quem appellando recurritur, dispensare, vel cogere inferiorem, ut dispenset. Quia ut superior tenetur inferioris errorem corrigere.

23 III. Conclus. si dispensatio debita non sit, sed gratuita, juxta tradita n.6. si Ordinarius dispensare nolit, non datur appellatio: quia quoties judex potest aliquid facere, non tamen tenetur, non est locus appellationi, cum injustitiam minime admittat, nec gravet: ut docet optime *Fel. c. Super his, de accus. nu.*13. *v. Sexto limita, Maranta de ordine judic* 6. *p. t. & quandoque appellatur, n.*356. Et in propriis terminis dispensationis docent *Bald l. Quicumque, n.*17. *vers. Quarto casu, C. de servis fugitivis, Fel. d. c. Super his, n.*12. *vers. Quinto limita.*

24 Ultima conclus. potest tamen in hoc casu officium superioris implorari, ut ex officio, & misericordia dispenset, aut faciat, ut inferior dispenset: & ita in hoc admittimus secundum modum conciliandi glossas, relatum n.15. Et ultra DD. ibi allegatos, id optime docent *Bart. l.*1. *n.*11. *ff. de juris. omn. jud. & Jas.* §. *Superest n.*65. *&* 66. *inst. de actio.* ubi dicunt officium judicis misericorditer implo-

implorari, quia quod pars petit, debitum non est, sed judex ex officio efficere potest, ut sibi concedatur. Juxta hæc ergo, cum *Trid. sess.24.c.1.de matr.* tam dum causa suspicionis malitiosi impedimenti fubest, quam quacumque alia causa concurrenti, remittat conscientiæ, & arbitrio Ordinarii dispensationem in denunciationibus matr. ut probavi disp. 7. n.17. hoc 3.1 dicendum est, Ordinario nolente dispensare, si subsit causa suspicionis, vel alia, ex qua tenebatur, juxta tradita hac disp. n. 6. erit locus appellationi, quod effectum devolutivum, non tamen quoad suspensivum: per ea quæ dixi n.21. Si vero subsit causa, ex qua potest, non vero tenetur dispensare: quoad neutrum effectum conceditur appellatio, sed poterit misericorditer officium superioris implorari, ut si ex misericordia velit dispensare, dispensetur: vel cogat inferiorem, juxta tradita hoc num. & præced.

SUMMARIUM.

An si Episcopus injuste neget dispensationem, vel non sit recursus ad ipsum, possit matrim. omissis denunciationibus celebrari, referuntur duæ sententiæ, n.25. & 26.
Quando tenetur Episcopus, & non est recursus ad ipsum, potest, n.27. & ibi necessitas caret lege.
Quid, si aliquis diu distulit matrim. ad quod tenetur, & non potest absque scandalo dimittere communionem, 28.
Quando Episcopus tenetur dispensare, & non vult, possunt denunciationes absque dispensatione omitti, 29.
Quando Episcopus non tenetur, licet possit, non possunt omitti, licet Episcopus dispensationem neget, vel non sit aditus ad ipsum, 30.
Parochus timore mortis omittens denunciationes an peccet, 31.

25 QUæstio IV. An quando non est copia Ordinarii, vel ille petitam dispensationem in denunciationibus, injuste denegat, licitum sit illis omissis contrahere, concurrentibus causis explicatis disputatione præcedenti? Duplex est sent. I. censet non esse necessariam dispensationem, sed tantum esse sub consilio, dum concurrit causa justa timoris injusti impedimenti, vel verecundiæ, eo quod uterque, vel alter contrahens est senex. Sic clare videntur tenere *Hugo 30. q. 5. in princ. Ang. verb. Clandest. n.1. Tabiena Matrim. 2. q.10. nu.11.* ubi numeratis dictis casibus, ajunt, *consulo, ut fiat de licentia Episcopi*: idem videntur tenere *Syl. Matrim. 2. q.17. d.3. & Veracruz 1. p. spec. ar. 10. concl.3.* ubi ajunt posse in his casibus omitti denunciationes, maxime de licentia Episcopi.

26 II. Sent. ait, quando est causa justa dispensandi, si non sit Episcopi copia, vel is petitam licentiam absque legitima causa deneget, posse contrahi absque denunciationibus: & inter has causas numerat tex casus I. est, quando aliquibus valde expedit conjugium, & timetur impedimentum. II. quando concubinarii comprehensi a judice, ut vitent pœnam, volunt contrahere, ut hic se esse conjugatos asserant. III. quando parentes, vel tutores nolunt puellam matrim. collocare, ut patrimonium consumant. IV. quando contrahentes sunt magnates. V. quando non est timor impedimenti inter contrahentes. VI. ob verecundiam, quia alter est notabiliter ditior, nobilior, vel senior. Sic tenent *Sot. 4. d 28. q.1. ar 2. concl.3. v. Ex his primum colligitur, Lud. Lop. 1. p instruct. 1. p de matr. c.30. §. Ex prædictis Corollarie, f.1058. col.2. fi. Pet. de Led. de matr. q.45. 4.5. pun. 1. dub.2. concl 3. f.171.* Idem docet exemplificans in 1. 4. & 6. casibus, *Led. 2. p.4. q.47. ar.5. f.451. col.4.* Idem docent exemplificantes in primis tribus casibus, *Barth. a Led. dub.21. de matr. concl.5. fol. 1324. Lud. Lop. 1. p. instruct. c.86. §. Præterea Sotus.*

27 I. Conclusio sit, quoties Episcopus tenetur dispensare juxta tradita n.6. si sit grave periculum in mora expectandi denunciationes, nec potest haberi copia Episcopi, ut dispenset, potest illis omissis contrahi matrim. ut si malitiose impedire aliquis matrim. velit, vel contrahens est in articulo mortis, expeditque ad legitimandam prolem, vel, ut in bono statu decedat, matrim. Prob. quia necessitas caret lege, *c. de observ. jejun. 2.* ex doctrina *Abbatis c. Relatum, n.6. de clericis non residentibus*, ubi docet, quamvis juxta illum text. clericus nequeat abesse absque Episcopi licentia, a beneficio, si autem tempus, vel locus non patiantur petere licentiam, posse absque illa abesse: per *l.1. de exerc. ad. in fin. princ.* ibi, *interdum locus, vel tempus non patitur plenius deliberandi consilium*, & *l Tutor qui reperit rium, ff. de admin. tutor. in princ.* ibi, *tutor qui repertorium non fecit, dolo mamin. tutor. in princ.* ibi, *tutor qui repertorium non fecit, dolo malo fecisse videtur, nisi forte aliqua necessaria, & justissima causa allegari possit, cur id factum non sit*; & paulo inferius, *nihil itaque gravere ante inventarium factum cum oportet, nisi id, quod nec modicam dilationem expectare potest*. In hac conclusione convenimus cum DD.2. sent. relatis n. præc. & eam, ultra illos, docent *Enriq. l.11. de matr. c.5. n.5. & c.6. n.5. Sog. 2. p. direct. judic. a.16. n.6. Manuel 1. t. sum.2. ed. c.217. concl.1. n.2.* ad idem est *Nav. sum. Hisp. c.22. n.70.* ubi dicit esse causam sufficientem, ut sine dispensatione in denunciationibus contrahatur, quando tutor vult, ut puella indigno nubat, quod aperte venit intelligendum, (ut docet *Manuel d.n.2.*) quando dispensatio non potest commode haberi.

28 Hinc infertur, dum quis tenetur cum aliqua contrahere matrim. & distulit, timeturque si modo absolvatur, fore ut non contrahat: absolvendum minime esse, donec contrahat: si tamen confessio instet, ut quia morbo laborat, vel quia instat communionis præceptum in Paschate, vel ratione jubilæi, quam si omittat, generabitur scandalum, posse celebrari matrim. omissis denunciationibus, absque Ordinarii licentia, si ea commode haberi nequeat. Quia in casibus minus urgentibus id admittit 2. sententia relata n.26.

II. Conclusio, idem dicendum est, quando in eisdem casibus quibus tenetur Episc. dispensare, absque legitima causa dispensationem denegat. Quia cum sit debita, injusteque negetur, perinde est, ac si concederetur. Sic DD. 2. sententiæ, quos retuli num.26. 29

III. Conclusio, quando concurrunt aliæ causæ justæ dispensandi, ex quibus non tenetur Episcopus dispensare, quamvis posset, ut quando contrahentes sunt magnates, aut non est timor impedimenti, aut ob verecundiam, quia sunt notabiliter dispares, nolunt publice contrahere: nequeunt, si Episcopi copia defit, vel dispensationem absque causa neget, absque denunciationibus injre matr. Hæc est contra 1. & 2. sententiam, relatas n.25. & 26. & prob. quia Episc. non dispensatio nullam irrogat injuriam, cum dispensatio tunc gratuita sit. Præterea, quia non quæcumque causa sufficiens, ut cum aliquo dispensetur in præcepto, satis est, ut esclusa dispensatione, ab illius transgressione excusetur, authoritas enim superioris supplet id, quod deficit, ut causa ipsa excuset, alias impertinens esset dispensatio: quando enim sola causa excusare potest, ea non deideratur. Hujus sent. videtur *Nav. sum. Hisp. c.22. n.69.* ubi ait non esse sufficientem causam omittendi denunciationes absque dispensatione, esse alterum ditiorem, nobiliorem, seniorem. 30

Ultima conclusio, parochus assistens matr. omissis denunciationibus, mortis sibi comminatæ timore, non peccat: quia præcepta Ecclesiastica non eo rigore obligant. Sic *Petr. de Led. eo matr. q.45. art.5. pun.3. dub.2. fin. Vega lib.6. sum. casu 116.* quod intellige, nisi tyrannus in contemptum denuntiationum, mortem minaretur, tunc enim teneretur potius illam subire: ut in omnibus præceptis Ecclesiasticis tatentur universi? 31

DISPUTATIO XI.

Utrum quando celebratur matrim. non præmissis denunciationibus, justa dispensatione, vel absque illa, sit peccatum lethale consummare, antequam illæ præmittantur: an tantum prima vice, vel etiam aliis seqq.?

SUMMARIUM.

Ratio dubitandi proponitur, n.1. & sententia affirmans non esse mortale, n.2.
Verior sententia affirmans esse mortale, n.3.
An tantum prima vice sent. affirmans, nu. 4. Et contraria, n.5. Et utrobique, an teneatur conjux reddere semel consummato matrim. non præmissis denunciationibus.
Quid quando conjuges contracto matrimonio nolunt illud consummare, nec facere denunciationes n.6. & solvuntur argum. n.7.

1 TOta hujus disp. difficultas consistit, quia *Trident sess.24. de matrim. c.1.* præcipit denunciationes ante matrim. fieri, nisi arbitrio Ordinarii subsit justa causa in illis dispensandi, & dispenser: & facta dispensatione, subdit hæc, *Parocho, & duobus vel tribus aliis præsentibus matr. celebretur: deinde ante illius consummationem denunciationes in Ecclesia fiant, ut si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur: nisi ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denunciationes remittantur.* Est ergo difficultas, an quando Ordinarius non dispensat, ut omnino remittantur, sed tantum ne matrim. præmittantur, vel contrahentes absque denunciationibus licite, aut illicite contraxerunt, peccent lethaliter consummando, illis nondum præmissis.

2 Duplex est sent. I. ait non esse lethale, quando ex parte parochi, vel contrahentium, adhibita est diligentia sufficiens ad cognoscendum, an esset aliquod impedimentum dirimens matrim. & certi essent moraliter nullum subesse impedimentum. Probatur 1. quia quamvis in ipso matrim. contractu peccatum lethale admissum sit omittendo denunciationes, non tamen sequitur in usu matrim. esse lethale: ut quamvis in contractu civili deliquerit omittens solemnitates lege præscriptas, minime tamen postea reus erit culpæ, re sua utendo, si per contractum dominium acquisierit. 2. Quia cessat ratio *Tridentini, d.c.1.* ibi, *ut facilius detegantur impedimenta*: cum certum moraliter sit nullum subesse. 3. Quia olim similiter prohibitus erat usus matr. clandestini, & tamen multi, ut *Victoria, sum. antiqua de matr. n.248. Led. 2. p.4. q.47. ar.5. fine, Cano*, quem refert, & sequitur *Enriq. l.11. de matr. c.16. nu.1. in comm. lit. C.* affirmabant, non esse mortale, quando conjuges brevi tempore vellent sic manere, animo postea publicandi: ergo similiter modo usus matr. ante quam fiant denunciationes, non erit peccatum mortale, quando brevi faciendæ sunt, & publicandum matr. Hanc tenent *Barth. a Led. de matr. dub. 22. fine, Manuel 1. t. sum. 2. edit. c.222. n.1. fine. Petr. de Led. de matr. q.45. ar.5. pu. 3. dub.1. §. Sed non dicimus, f.186.* limitans, nisi esset excommunicatio lata contra sic consummantes: *Lud. Lop. 1. p. instr. c.87. §. Ceterum*, limitatque quando contrahentes brevi sic manere vellent: animo postea publicandi, & sufficientes testes intervenissent in matrim. nempe decem.

II. Sen-

3 II. Sententia, verior affirmat esse peccatum lethale. Prob.1. quia eodem præcepto *Tridentini d.c.1.* non solum tenebantur hi contrahentes præmittere denunciationes contractui, sed si tunc omissæ sunt, præmittere illius consummationi: ergo sicut non præmittere matrimonio, absque justa dispensatione, esset peccatum lethale, ut diximus hoc 3. l. disp.5. n.6. etiam ubi contrahentes adhiberent diligentiam, ut nossent, an laborarent aliquo impedimento: ita erit mortale non præmittere consummationi, eadem adhibita diligentia: cum ideo præceptum violetur. 2. Quia matr. intrinsece ordinatur ad copulam, & prohibetur ante denunciationes, ut evitetur copula, ne forsan, si impedimentum subsit, admittatur fornicatio: ergo a fortiori prohibetur ipsa consummatio, non præmissis denunciationibus. 3. Quia parochus tenetur sub mortali curare, ut tales denunciationes fiant ante consummationem, quando a principio factæ non sunt: ergo & ipsi conjuges peccant mortaliter consummando iis non præmissis. Tandem, quia ante Tridentinum non tantum matr. clandestinum erat illicitum, sed etiam illius usus erat peccatum mortale, ut bene docent. *Cas.1. opusc.tr.13. de usu matr. q.2. Petr. de Soto lect.14. de matr. Nav. sum. Hisp. cap.16. n.38. Matienzo l.5. recop. tit.1. l.1. gl.1. nu.2.* ergo similiter hunc usus matr. ante præmissas denunciationes erit peccatum mortale: cum prohibitus sit per Tridentinum. Pro hac sent. videtur *Nav. sum. Lat. c.16. n.38.* ubi dicit hodie videri verum, esse mortale uti matrimonio contracto coram parocho, & testibus, non tamen contracto in faciem Ecclesiæ: nam per contractum in faciem Ecclesiæ, intelligit, quando factæ sunt denunciationes, uti ipsemet explicat *ead. sum. Lat. c. 22. n. 77.* Et eam tenent *Spino speculo testament. gl.16. n.30.* Et aliqui neoterici doctissimi, ut fatetur ipse *Petr. de Led. pro priori sent. allegat.*

4 Rursus suppolito esse peccatum lethale consummare ante denunciationes: non leyis est difficultas, an solam prima vice consummare, sit mortale, vel toties quoties habetur copula, antequam præmittantur? *Enriquez l.11. de matr. cap.16. n.1.* ait prima vice non teneri alterum conjugem petenti reddere, donec denunciationes fiant, consummato autem matrimonio semel, teneri deinceps reddere, secluso scandalo: sicut vovens religionem peccat prima vice reddens, sed deinceps reddere tenetur. Quia semel consummato matr. habent conjuges plenam potestatem, & usum corporis. Idem tenent alii neoterici docti, sed diversa ducuntur ratione: quia jam hi violarunt Ecclesiæ præceptum, nec possunt refarcire: sicut qui die jejunii primo mane scienter comedit, non deinceps peccat comessiones multiplicans. Et confir. quia multi DD. quos referam disp. seq. n. 2. asserunt, primam copulam ante Ecclesiæ benedictiones esse lethalem, non autem subsequentes, ergo similiter in nostro casu dicendum est.

5 Fateor tamen, me nullam differentiæ rationem inter primam copulam, & subsequentes invenire: quare merito hanc differentiam improbat *Nav. sum. Lat. cap.22. n.38. Manuel 1. t. sum.2. edit. c.222. n.1. fine*, ubi bene dicit casu quo consummaretur matrimonium prima vice, ante denunciationes, esse mortale, idem dicendum esse de reliquis vicibus. Prob. quia eadem prorsus militat præcepti ratio, imminet enim fornicationis periculum, cum nondum adhibita sit diligentia ab Ecclesia præscripta, ut facilius impedimenta detegantur. Præterea, quia rationes differentiæ a contrariis assignatæ, non sunt similes: non prima, non enim est simile de religionis voto, quia semel consummato matrimonio, ratione fortioris matrim. consummati vinculi, redditur vovens impotens ad implendum votum: & ideo reddere tenetur: at vero adhuc potest conjux implere præceptum Tridentini, abstinendo donec fiant denunciationes, nec tenetur contra præceptum illud reddere. Nihil etiam probat secunda differentiæ ratio: quia jejunium individuum est, nec commodam patitur divisionem, cum ejus substantia in unica comestione consistat: quare ea facta deinceps observari nequit: at præceptum non consummandi matr. est divisibile, ut præceptum abstinendi a carnibus: nam in qualibet copula militat eadem ratio Tridentini, ut probavimus, sicut ligatus castitatis voto peccat qualibet vice petendo, non tamen peccaret qualibet vice comedendo, sed sola prima, si jejunium vovisset. Nec alia doctrina n. præc. fine, allata in favorem ejus sententiæ, quamvis vera esset, est similis: ut probabo disp. seq. n.11.

6 Rogabis tamen, quid dicendum sit, quando conjuges nolunt matrimonio inito, facere denuntiationes, nec illud consumare? *Nav. sum. Lat. c.16. n.38. fine*, & *Lud. Lop. 1. p. instr. c.87. §. Sed quid, ne aliquid*, dicunt contrahentes clandestine, & nolentes uti matrimonio, nec publicare, peccare lethaliter, si alter conjux publicari petat, vel sit incontinentiæ periculum (addit *Nav.* & nulla est justa causa differendi publicationem) alias non peccaret mortaliter differendo per breve tempus, nisi ex ea occultatione sequerentur damna, & probabiliter timeantur, quæ ex matrimonio clandestino solita sunt sequi. Quod idem docet *Manuel 1. t. sum.2. ed.c.222. n.2. concl.2. de matr. contracto non præmissis denuntiat.* Et placet hæc sententia.

7 Ad arg. proposita n. 2. in favorem prioris sententiæ respondetur. Ad I. negatur antecedens, nec est simile de aliis contractibus civilibus. Primo, quia in illis non est talis prohibitio usus rei per contractum acquisitæ, sicut est in matrimonio. 2. quia in illis non est periculum in tali usu, sicut in matrimonii usu est fornicationis periculum ante denunciationes. Ad 2. dic, esto cessaret ratio, cessaret in casu speciali, quod sufficiens non est, ut lex deobliget: at vero non cessat, quia facilius, & melius detegentur impedimenta timore præcepti, & magis publicato matrimonio. Alias similis ratio concluderet, ea diligentia præmissa, non esse mortale celebrare matrimonium omissis denuntiationibus, absque legitima dispensatione: cum idem sit finis, nimirum, ut facilius detegantur impedimenta. Ad 3. dico antiquitus non fuisse præceptum præmittendi denuntiationes consummationi quando contractui præmissæ non sunt, sed non publicare matrimonium fuisse mortale, quia commode educari non posset proles, matrimonio parentum non constante Ecclesiæ, & generaretur scandalum ex simultanea habitatione, quæ omnia cessabant, cum brevi publicandum erat. nec autem est tale præceptum, nec cessat inconveniens, fornicationisque periculum.

DISPUTATIO XII.

An sit peccatum lethale consummare matrim. ante Ecclesiæ benedictiones, vulgo revelationes?

SUMMARIUM.

Referuntur quatuor sententiæ, n. 1. 2. 3. & 4.
An saltem sit veniale, referuntur duæ sententiæ, n. 5. & 6.
Non est aliqua culpa, & aliquando est consilium consummare, 7.
Quid, si fiat ex contemptu: & quando sit talis contemptus, 8.
Quid, si sit scandalum, n.9. Vel excommunicatio in illa diœcesi, 10.
Ejusdem sit veniale consummare ante benedictiones, an solum sit tale, prima vice, 11.
An petere sit veniale ante benedictiones, vel etiam reddere, 13.
An benedictionibus non præmissis, teneatur alter conjux reddere, 13.
Solvuntur argumenta, n.14. Et enodantur c. Aliter, 30. q. 5. & c. Nulli, 30. q. 5. & c Consanguinitorum 3. q.4. & cap. Consultationibus de sponsalibus.

1 IN præsenti disp. discutiendum est: an sit peccatum lethale consummare matrimonium, ante Ecclesiæ benedictiones: deinde an saltem sit veniale? Circa I. quatuor sunt sententiæ. I. ait, esse peccatum lethale. Prob. ex Evaristo Papa, & habetur *c. Aliter, 30. q. 5. ibi, aliter non fit legitimum conjugium, nisi suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus, & oblationibus a sacerdote benedicatur.* 2. ex Siricio Papa *epistola ad Pomerium, c. 4.* ubi ait, *illa benedictio, quam nupturæ feminæ sacerdos imponit, sacrilegium est, si violetur 3. ex D. Ambr. l. 8. epistol. epist. 1. ad Vigilium*, ubi inquit, *cum ipsum conjugium velamine sacerdotali, & benedictione significari oporteat, quomodo potest conjugium dici, ubi non est fidei concordia?* 4. ex Concilio Lugdunensi, & habetur *cap. Nulli 30. q. 5. ibi, nulli ex propinquitate sui sanguinis uxores ducant, nec sine benedictione sacerdotis*: Sed prius obligat ad mortale: ergo posterius: 5. ex Callisto Papa, & habetur *cap. Consanguineorum 3 q. 4. ibi, quisquis non legitime consunctus, vel absque totali titulo, ac benedictionibus sacerdotis consiat copulatus, sacerdos, vel legitime confundos criminari, vel in eos testificare minime potest: quoniam omnis incestus macula pollutus, infamis est, ex Concilio Carthaginensi 4. ibi, sponsus, & sponsa cum benedicendi sunt, eadem nocte proveverentia benedictionis in virginitate permaneant*: ubi supponit sponsos benedicendos esse virgines: ergo erit mortale, prius consummasse matrimonium. Ultimo probatur ex *cap. Consultationi de sponsalibus*, ubi dicitur, feminas, quæ benedictione accepta, ante carnis copulam allegant metu initum matrimonium, audiendas esse: ergo supponit Pontifex tanquam rem præceptam, benedictionem præmittendam esse carnis copulæ. Pro hac sententia citatur *Vvaldensis t. de Sacram. c.133.* sed ibi, n. 3. tantum dicit esse grande sacrilegium transgredi benedictiones nuptiarum: ubi de omnimoda omissione aperte loquitur: sed expresse hanc sententiam tenet *D. Anton. 3. p. t.1. cap.16. fine, Collidarius, & Summa confess.* prout eos refert *Perez n.4. citandus*; & quando consuetudo habet, ut præmittantur benedictiones consummationi, tenet idem *Rosella Matrim. 6. n.1. & verb. Debitum, n. 1.*

2 II. Sententia, dicit tantum prima vice esse mortale, consummare matr. ante benedictiones Ecclesiæ, deinceps vero non esse peccatum: quia præceptum solum est de consummatione. Sic *Palud. 4. d 28. q.1. ar 2. n.10. & Guillermus*, quem ibi refert *Rosella, verb. Impedimentum imp. 1. num.12. D. Ant. 3. p. t.1. cap.20 §.8.* Idem quando est consuetudo, ut præmittantur benedictiones, docet *Tabiena Matrim. 3. q.3. nu.4. Margaritis confessorum, interrogatorio circa 6. præceptum, §. Actus matrimonialis, vers. 9. fol. 88. Corona confessorum, ult. p. materia de matrim. cap. 8. n. 10.*

3 III. Sententia, docet, tantum esse prohibitum petere, ante benedictiones Ecclesiæ, non autem reddere: quia illud voluntarium est, hoc autem necessarium. Sed *Richard. 2. d. 28. a. 2. qu. 3. ad 3. fine, D. Ant. 3. p. t. 1. c. 20. §. 8.* qui addit esse peccatum lethale petere.

4 Ultima sententia, negat esse lethale consummare, sive petendo, sive reddendo, ante benedictiones Ecclesiæ, si desit contemptus. Probatur 1. ex Concilio Florentino in bulla Martini V. ubi dicitur, ut interrogentur hæretici, an credant

dant contemnentes solemnitates matrimonii peccare lethaliter, ut ad Ecclesiæ gremium recipiantur: ergo sentit concilium secluso contemptu non esse mortale. 2. *ex Tr. sess.* 24. *c.* 1. *de matr.* ibi, *eadem sancta Synodus hortatur, ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam in eadem domo non cohabitent*. Si autem judicaret esse mortale, non hortaretur, sed præciperet. 3. quia ex se talis copula non est lethalis, cum sit inter veros conjuges, nec ex Ecclesiæ prohibitione: quia non est textus prohibens. Imo Nicolaus Papa, & habetur *cap. Nostrates* 30. *q.* 5. enumeratis concurrentibus ad nuptias, & inter ea solemni benedictione, subdit, *hæc omnia non servare, non est peccatum*: nec etiam sit injuria benedictionibus, nec contemnuntur, cum postea suscipiendæ sint: nec admiscetur aliquod mendacium in illis, cum in verbis, quibus celebrantur, nulla virginitatis sponsæ mentio fiat: ergo nulla ratione est mortale consummare ante benedictiones. Huic sententiæ favet *D. Th. 4. d.* 28. *q.un.a.*2. *ad* 3. ubi sponsam admittentem sponsum consummare volentem, immunem culpæ esse ait: & eam tenent expresse *Cajet. t.* 1. *opusc. tr.* 13. *q.* 1. *de usu matrimonii*, & *in sum. verb. Matrim. cap.* 2. *t. Usus matrimonialis multipliciter vitiari potest*, § *In publico autem loco*, *vers. Non tamen est*: *Victoria sum. de matr. num* 267. *Sotus* 4. *dist.* 28. *qu.* 1. *a.* 2. *corp. ad finem. Petr. de Soto lectione* 14. *de matr.* § *Primum jus ipsum*: *Ledesj.* 2. *p.* 4. *q.* 47. *a.* 5. §. *Præterea est dubium*, *fol.* 452. *col.* 1. *Veracr.* 1. *p. spec. a.* 14. *concl.* 6. & *append. dub.* 11. *concl.* 7. *Palacios* 4. *d.* 27. *disp. ult. fin. Angles flor.* 1. *p. qu.* 6. *de matr. ad fin. dub.* 3. *fol.* 560. *Enriq. l.* 11. *de matr. c.* 5. *nu.* 7. *fin* & *c.* 7. *nu.* 3. & *c.* 16. *n.* 3. *Lud. Lop.* 2. *p. instruct. de matr. c.* 39. §. *Dinde disceptari solet f.* 1061 *col.* 2. *Petr. de Led. de matr. qu.* 45. *a.* 5. *puncto* 3. *dub.* 1. *Capua l.* 2. *decisionum*, *cap.* 81. *num.* 1. *Philiarch. de offic. sacer. t.* 1. *p.* 2. *l.* 4. *c.* 19. §. *Quinto peccat*: *Vivald. Candelabro*, 1. *p. de matr. n.* 45. *Manuel* 1. *t. sum.* 2. *edit. c.* 242. *fin.* Et ex Jurisperitis, *Angel. verb. Debitum*, *n.* 1. ibi, *Silvest. q.* 9. *Armill. nu.* 12. *Nav. sum. cap.* 22. *Hisp. num.* 71. *Latina num.* 83 §. *de benedict. nuptiarum*, & *utraque sum. cap.* 22. *num.* 38. *Cov.* 4. *decret.* 2. *p. cap.* 7. §. 2. *nu.* 2. *Ant. Cuc. l.* 5. *instit. major. t.* 11. *num.* 120. *Perez l.* 5. *ordin. tit.* 1. *l.* 1. *fol.* 11. §. *Quæri potest*, *Matienzo l.* 5. *recop. tit.* 1. *rubr. glos.* 1. *n.* 98. *Spino speculo testam. glos.* 15. *num.* 18.

5 Rursus inter DD. hujus quartæ sent. est difficultas, an saltem sit veniale, consummare matr. ante benedictiones Ecclesiæ: quidam enim dicunt esse veniale, quia legitimus usus matr. qui est consummare post benedictiones Ecclesiæ, antevertitur. Sic *Cajet. t.* 1. *opusc. tr.* 13. *de usu matrim. q.* 1. *Vict. sum. materia de matr. n.* 277. *Sot. 4. d.* 28. *q.* 1. *a.* 2. *ad finem corporis Petr. de Soto lect.* 14. *de matr.* §. *Primum jus ipsum*, *Veracruz* 1. *p. spec. a.* 14. *post* 6. *concl.* §. *Sed tamen a veniali*, *Enri. l.* 11. *de matr. c.* 5. *n.* 7. *fine*, & *c.* 16 *nu.* 3. *Angles*, *Petr. de Led. Lud. Lop. Man.* Et ex jurisperitis *Cov. Ant. Cuc. Matienzo*, *Perez alleg. n. præced.* Idem videtur sentire *Ledesj.* 2. *p.* 4. *q.* 47. *a.* 5. §. *Præterea est dubium*, ubi dicit, non esse veniale, quando ex justa causa fit, quare contrarium videtur sentire, quando non intercedit justa causa.

6 Alii vero censent, nullam esse culpam, sed solum consilium non consummare ante benedictiones: quia nullo jure præcipitur, ne matr. consummetur ante benedictiones. Præterea, quia *Trid. sess.* 24. *de matr. c.* 1. illis verbis, *hortatur sancta Synodus*, clare denotat esse consilium. Sic *Nav. sum. Hisp. c.* 28. *addit. ad n.* 71. *fi. e.* 22. *Latina*, *c.* 22. *n.* 83. §. *de benedictione nuptiar. Veracr. append. ad speculum*, *dub.* 11. *concl.* 7. *Palacios* 4. *d.* 27. *disp. ult. fin. Capua lib.* 2. *decis. c.* 81. *num.* 1. *Philiac. de off. sacerd. t.* 1. *p.* 2. *l.* 4. *c.* 19. §. *Quinto peccat*, *Spino speculo testam. glos.* 15. *n.* 18. & aliqui Thomistæ, ut refert *Petr. de Led num.* 4. *alleg.* dicens esse probabile.

1. Conclusio sit, certum reputo non esse peccatum lethale,
7 consummare ante Ecclesiæ benedictiones: ut fuisset DD. ultimæ sent. relati n. 4. Et probabilius reputo cum DD. n. præced. citatis, non esse veniale. Imo aliquando credo esse tanum consilium, consummare ante benedictiones: ut quando eæ ex aliqua causa justa differuntur, estque periculum incontinentiæ: ut bene docent *Ang. Silv. Sotus*, *Ledesj. Petr. de Led. Lud. Lop. Vivald. cit. num.* 4. *Margarita confess. in interrogat. circa* 6. *præceptum*, *val. cit. num.* 4. *Margarita confess. in interrogat. circa* 6. *præceptum*, *val. cit. num.* 4. *Margarita confess. in interrogat. circa* 6. *præceptum*, *val. cit. num.* 4. *Actus matrimonialis*, *vers.* 9. *f.* 98. *Enriq. l.* 11. *de mat. c.* 16. *n.* 3.

8 Hæc conclusio solet tripliciter temperari. 1. nisi adsit contemptus, si enim ex contemptu consummetur matrim. ante Ecclesiæ benedictiones, erit culpa lethalis. Sic docent fere omnes DD. 4. sent. relati n. 4. tunc tamen is contemptus erit, quando consummans ita parvi faceret Ecclesiæ benedictiones, ac si res vanæ, & ab Ecclesia institutæ non essent. Sic *Sotus* 4. *d.* 28. *q.* 1. *a.* 2. *in fine corporis*, *vers. Postremæ denique*, *Capua l.* 2. *decis. c.* 81. *n.* 1. Unde caute *Nav. sum. Lat. c.* 22. *n.* 38. §. *de bened. nuptiar.* dixit tunc esse contemptum lethalem, quando omissio cujuscumque consilii ex eodem contemptu lethalis esset. Unde infero, non esse hujusmodi contemptum, licet aliquis scienter ante benedictiones consummet, non curans de hoc, quia credit vel nullam esse culpam, vel ad summum, venialem.

9 2. Temperatur, nisi scandalum sequatur, eo enim secuto erit lethale consummare ante benedictiones. Sic *Angel. verb. Debitum*, *n.* 1. & *ibi Silv. q.* 9. Sed optime dicit *Cov.* 4. *decr.* 2. *p. c.* 7. §. 2. *n.* 2. non confestim ob scandalum esse mortale: cum id minime possit esse grave, & ruina, cui ansam præbet, sit ad summum veniale. Quare raro crederem id scandalum efficere culpam lethalem.

10 3. Temperatur, nisi excommunicatio lata sit in ea diœcesi, adversus consummantes non præmissis benedictionibus. Sic enim esset culpa lethalis, pro qua sola infligi excommunicatio potest. Sic *Petr. de Led. de matr. q.* 45. *ar.* 5. *pun.* 3. *dub.* 1. *Manuel* 1. *t. sum.* 2. *edit. c.* 242. *fin.* & eam latam esse in Synodo Salmantina testatur *Enriq. l.* 11. *de matr. c.* 5. *nu.* 7. *fin.* Ego tamen nescio, qualiter justificari possit hæc excommunicatio: cum ferri non possit, nisi ubi adest materia imponendi præcepti obligans ad mortale, nec video tam expediens esse hoc consilium, ut sit materia sufficiens talis præcepti: maxime cum *Trid. sess.* 24. *c.* 1. *de matr.* loquens de hac re, solum hortando loquatur: & si diu solerent benedictiones differri, non esset justum ita arctare tempus, cum possint multæ esse causæ justæ, ut tam brevi benedictiones adhiberi nequeant, ut si matrimonium celebretur in Adventu, aut Quadragesima, vel ex aliis causis: sed illi mal. sufficientissime consuleretur, Episcopo præcipiente, ut intra tempus commodum, ut semestre benedictiones recipiantur, sub excommunicatione: quod utique præceptum justissimum esset. Et favent *Sotus* 4. *d.* 28. *q.un.ar.*2. *vers. Quo igitur*, & *Led.* 2. *p. q.* 47. *ar.* 5. §. *An autem f.* 452. *col.* 1. *initio*, qui minus bene sentiunt de excommunicatione inflicta contra clam contrahentes: quod de se est culpa lethalis, nedum in hoc casu, ubi ea copulæ prœventio ex se omni vacat culpa: ut dixi n. 7. Et ideo existimo talem excommunicationem minime ligare: nec efficere, ex se culpam lethalem, consummare ante eas benedictiones.

II. Conclusio: quamvis esset peccatum consummare matr. 11
ante Ecclesiæ benedictiones, id tamen solum esset verum de priori copula, non tamen de reliquis: ut docent auctores secundæ sententiæ, allegati n. 2. Et ratio est, quia ea prohibitio non est, nisi ut debitus ordo consummandi servetur, & reverentia benedictionibus debita, præmittendo eas priori copulæ, quæ matrimonium legitime consummatur, qua habita, servari amplius non potest: secus autem est (ut dicebamus disp. præcedenti, n. 5.) quando consummatur matrimonium ante denunciationes: quia ea prohibitio est, propter impedimenti timorem, quod per denunciationes detegi potest, quæ ratio militat etiam in sequentibus copulis.

III. Conclusio, fi esset culpa consummare ante benedictio- 12
nes, tam petens, quam reddens peccarent: hæc est contra auctores tertiæ sententiæ, relatos n. 3. & *Abulen. c.* 29. *Genes. q.* 3. *vers. Si autem*, *Enri. l.* 11. *de matr. cap.* 16 *num.* 3. & *c.* 7. *num.* 3. *in comm. lit. S.* asserentes solum petentem peccare. Sed nostram conclusionem tenent *Cajet. Verac. Pet. de Led. Matienzo*, ubi eos retuli, n. 5. Et ratio est, quia non est, sicut dum alter conjux voto castitatis tenetur, qui peccat petendo, non tamen reddendo; id enim provenit ex eo, quod alter impeditus minime est ad petendum, utendumque re sua: at in nostro casu, si consummatio culpa esset, præceptum præmittendi benedictiones, & servandi debitum ordinem, eque ligat utrumque conjugem, & proinde impedimentum est commune: nec alter reddere tenetur, nisi debito ordine, & tempore petatur.

Hinc infertur tenendum, esse culpam consummare ante be- 13
nedictiones: neutrum conjugem teneri tunc alteri reddere, quia non petit debito tempore. Sic docent *Paludan.* 4. *d.* 28. *q.* 1. *a.* 2. *num.* 10. *Rosel. verb. Debitum*, *num.* 18. ubi *Silvest. q.* 1 *vers. Quarta causa*, *Arm. n.* 5. *fin. Abulen. cap* 29. *Genes. q.* 3. *vers. Si autem*, *Victoria sum. de matr. num.* 277. *Barth. a Led. dub.* 71. *de matr. concl.* 3 *fine*, *Enriq. lib.* 11. *de matr. c.* 7. *n.* 3. *in commento*, *lit. S.* Quare cum sit opinio probabilis, esse veniale, poterit conjux huic sententiæ adhærens, negare debitum ante Ecclesiæ benedictiones, etiam transacto bimestri ad deliberandum de religionis ingressu: ut bene docet *Victoria ibid.* & insinuisse colligitur ex reliquis DD. allegatis, nam ratione benedictionum, eo quod non præcesserint, docent non teneri reddere: ante bimestre autem etiam benedictionibus adhibitis, neuter conjux tenetur reddere (ut dixi lib. 2 disp. 24. n. 25.) tenendo autem, ut tenuimus hic n. 7. esse solum consilium præmittere benedictiones consummationi matrimonii: dicendum est, transacto bimestri a contracto matrimonio, teneri utrumque conjugem reddere, quamvis benedictiones nondum adhibitæ sint: indecentia enim oppolita tantum est sub consilio, cui præ valet jus justitiæ, quod habent conjuges in corpus.

Ad argum. proposita n. 1. respondetur. Ad 1. dic, illud de- 14
cretum intelligere non esse legitimum conjugium, idest, non habere decorem, & debitam conjugii honestatem: ut bene explicant *Magister* 4. *dub.* 28. *cap.* 2. & *ibi Richardus a.* 2. *qu.* 3. *ad* 1. Vel dic agere de præsumptionibus, ex quibus præsumitur clandestinum matr. & potius concubinatus: ut constat ex illis verbis, *Ita putans peracta legitima esse connubia, alter vero præsumpta, non conjugia, sed adulteria*: & ita explicat *gloss. c. Nostrates*, *verb. Non intervenias* 30 *qu.* 5. *fin.* Ad 2 dic, non loqui in nostro casu, sed dum prorsus omittuntur benedictiones: vel loqui de secundo matr. quando vidua prius benedicta, ducta est, & ita dicit esse sacrilegium violare benedictionem, iterum benedicendo viduam illam. Ad 3. dic intelligere de conjugio omni sua perfectione accidentali, ac honesta perfecto, Ad 4. negatur consequentia, nam similiter probat, matrimonium esse irritum absque benedictionibus, sicut est iritum inter consanguineos: in hoc tamen est simile, quod erit mortale, si omnino benedictiones prætermittantur. Ad 5. dic, intelligi textum de requisitis, ut præsumatur matrimonium: & constat, quia etiam dicit, *absque dotali titulo*, ubi *gl. verb. Dotali* explicat, idest, non præsumitur matrimonium. Ad 6. dic, id esse de consilio, & honestate: nam etiam corruptæ benedicuntur. Ad ultimum dic, Pontificem tantum narrare factum, & dicere non solum inito matrimonio, sed etiam adhibitis benedictionis.

ctionibus Ecclesiæ, posse allegari metum modo matrimonium consummatum non sit. Ad arg. propositum n. 5. ad probandum esse veniale, dic eum ordinem tantum esse sub consilio.

DISPUTATIO XIII.

An ex vi harum denunciationum teneatur, qui impedimentum novit, quamvis occultum, illud denunciare.

SUMMARIUM.

Refertur opinio negans, *n.* 1. *Et contraria verior*, *n.* 2.
Quando sit præmittenda correctio fraterna, & *quando dicatur non esse spem emendæ*, *n.* 3. *Et ibi*, *quando incipiat terminus denunciationis ad edictia facienda*.
Quid, *si ex manifestatione impedimenti sequatur scandalum*, 4.
Quid; *si impedimenti conscius accepit sub secreto naturali*, 5.
Quid, *si accepit sub secreto confessionis*, & *dicta confessione genuflexo*, *vel animo solum id peccatum fatendi*: & *an hoc secretum obliget magis quam naturale*, 6.
Quid, *quando aliquis novit impedimentum ex solo auditu*, 7.
Quid; *si conscius impedimenti novit contrahentes impetrasse dispensationem pro solo conscientiæ foro*, *n.* 8. *Et solvuntur argumenta*, *num.* 9.

1 ALiqui, quos refert, & sequitur *Supplementum Gabrielis* 4. *d.* 28. *q.* 2. *a.* 3. *dub penult.* ajunt non teneri denunciare impedimentum, qui illud testibus probare nequit, quod idem sequitur *Majoris* 4. *d.* 21. *qu.* 2. *argum.* 3. quando impedimentum oritur ex peccato occulto; ducuntur, quia nemo denunciare tenetur quod probare non potest: ut docent *Rosell. verb. Confessioni celatio*, *n.* 13. *fin. Ang. Confessio* 8. *nu* 22. *Enriq. multis aliis citatis*, *lib.* 13. *de excom. c.* 18. *n.* 3. *Navar. l.* 3. *de restit. c.* 1. *in* 2. *edit. n.* 358.

2 I. Conclusio, quilibet tenetur sub culpa lethali, impedimentum quod novit inter volentes contrahere, manifestare, licet occultum sit, & probare non possit. Quia tenetur quilibet saltem superiore præcipiente, detegere peccatum inferens tertio damnum, teste *D. Th.* 2. 2. *q.* 70. *ar.* 1. *ad* 2. quem omnes sequuntur, ex hoc autem quod impedimentum non detegatur, sequitur grave damnum: si enim sit impedimentum dirimens, manebunt conjuges in perpetuo concubinatu, filiique erunt illegitimi: si autem sit solum impediens, est gravissima injuria Sacramenti matrimonii, quod cum peccato lethali contra Dei, & Ecclesiæ statuta initur. 2. quia in aliis rebus ideo non tenetur quispiam denunciare, quod probare nequit, quia suum testimonium non sufficit, ut illi malo consulatur, sed in præsenti casu hoc non habet locum, cum ad impediendum contractum matrimonii celebrandi, sufficiat unus testis, etiamsi sit denunciator: ut late dixi l. 1. tota disp. 71. ergo tenetur denunciare. 3. quia hæc denunciatio non tendit ad punitionem criminis admissi, sed ad vitandum ne admittatur: ergo quamvis denuncians probare nequeat, nec suum testimonium sufficerét ad impediendum, tenetur denunciare: quia aperiet prælato viam, ut diligenter inquirat de impedimento, & curet ipsos contrahentes, tum monitionibus tum etiam terroribus retrahere, ne tacito impedimento matrim. ineant. Sic tenent *Paludan.* 4. *d.* 27. *q.* 1. *a.* 3. *casu* 9. *n.* 27. *Driedo lib.* 2. *de libertate Christiana*, *c.* 7. *fere initio*, *g. Aliud est scire*, *Nav. c. Sacerdos*, *de pœn. d.* 27. *n.* 27. *vers. Ad quartum*, & *sum. cap.* 22. *n.* 83. *initio*, *Cov.* 4. *decret.* 2. *p. c.* 6. § 10. *num.* 2. *Gutt. l.* 1. *q. can. c.* 11 *num.* 27. & *Enriq l.* 11. *de matr. c.* 14. *num.* 5. *fine*, *Bart. a Ledesj. dub.* 21. *de matr.* §. *Sed dubium se offert*, *Pet. de Led. de matr. q.* 43. *a.* 3. *in* 3. *causa ob quam dissolvuntur sponsalia*, *Manuel* 1. *t. sum. in* 2. *edit. c.* 217. *n.* 7. *Vega l.* 3. *sum. casu* 136. *fine*.

3 Id tamen maxime observandum est, si impedimentum ortum habeat ex peccato occulto, non statim denunciandum esse, sed admonito fraterne laborante eo impedimento, ut desistat a matrimonio, quod si monitis non acquiescat, denunciandus erit. Quia lex charitatis postulat fraternam correctionem præmitti, ut quam minimo damno famæ proximi fieri possit, peccatum ejus vitetur: juxta illud Matt. 18. *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te*, & *ipsum solum*. Sic docent *Driedo*, *Nav. Cov. Guttier. Enri. Petr. de Led. Manuel*, *Vega n. præced. allegati*. Et docent in alio simili, nempe quando duo contrahunt matrimonium invalidum, vel sunt irregulares: *Silv. verb. Correctio*, *quæst.* 10. *D. Ant.* 2. *p. tit.* 9. *c.* 6. *fin.* Hoc tamen intellige, quando est probabilis spes, fore ut correctio prosit: alias frustranea esset. Sic *D. Ant. Silv. Petr. de Ledesj ibi*. Ut tamen monitio secreta non prosit, non satis est semel fieri, & non prodesse, sed oportet iterum, atque iterum eam adhiberi, quamdiu prudentis arbitrio speratur correctio per illam, ut tradunt *D. Th.* 2. 2. *q.* 33. *ar.* 8. *ad* 1. *Abulen. c.* 18. *Mat. qu.* 106. *ad* 1. *D. Ant.* 2. *p. t.* 9. *c.* 6. § 4. *Silv. verb. Correctio*, *q.* 5. ubi *Tabien. num.* 7. *Sot. de secreto*, *memb.* 2. *q* 4 *posti* 5. *conclus. paulo ante solutionem ad* 1. *Nav l.* 2. *de restit. c.* 4. 2. *p. dub. ul. in* 2. *edi. num.* 136. Quod si obiicias, expectatis his monitionibus occultis sæpe evenire posse, ut transeat terminus in edictis propositus ad denunciandum. Dic terminum illum non incipere, quousque adhibita correctione fraterna debita, inveniatur eam minime prodesse; ut bene docet *Nav. super extrav. de datis pro gratia*, *n.* 45. quod tamen intelligendum est, nisi periculum sit in mora, quia verbi gratia prius inhibitur matrimonium, vel fur, qui denunciandus est, fugiet, vel consumet rem ablatam, & non erit faciendo.

Intelligenda tamen est conclusio, nisi impedimenti conscius 4
timeat probabiliter magnum scandalum ex denunciatione: tum enim licet probare possit, & mandatum denunciandi, sub excommunicatione lata sit, non tenetur denunciare. Sic *Adrianus* 4. *de confessione*, *q.* 5. *dub.* 7. §. *De secundo*, *vers. Tertio dico*, *Nav. summ. c.* 22. *n.* 83. *Gutier. lib.* 1. *q. canon. c.* 11. *n.* 29. *Manuel* 1. *sum.* 2. *edit. c.* 217. *n.* 8.

2. Intellige conclusionem, nisi impedimenti conscius acce- 5
perit illud sub secreto: tunc enim denunciare non tenetur. Quia jus naturæ obligat servare secreto commissa. Ita docent aliqui, teste *Palud.* 4. *d.* 28. *q.* 2. *a.* 5. *in* 3. *pœna*, *n.* 31. Et videntur idem tenere *ipsemet Palud.* 4. *d.* 27. *q.* 1. *a.* 3. *caju* 9. *num.* 27. *Gutier. l.* 1. *q. can. c.* 11. *n.* 27. ubi dicunt, conscium impedimenti teneri denunciare, licet derectum sit ei petendo consilium, non tamen adjecto, committi sub secreto: unde a contrario sensu videntur sentire non teneri, quando committeretur sub secreto. Verum dicendum est non teneri denunciare, quantumvis sub secreto committatur, extra confessionis sigillum. Ut optime docet *idemmet Palud.* 4. *d.* 28. *q.* 2. *a.* 5. *in* 3. *pœna*, *n.* 31. *initio*: tum quia hic non agitur de punitione, vel alicujus damno, sed de peccato vitando, & eripiendo denunciatum a morte spirituali sibi imminenti: & cum vita animæ omnibus rebus præferenda sit, vincit hæc lex tamquam fortior, legem de servando naturali secreto, famæque proximi. Tum etiam, quia secreto commissa manifestanda sunt, ubi vergunt in damnum publicum, aut tertiæ personæ, imminens in futurum, teste *D. Th.* 2. 2. *q.* 70. *a.* 1. *ad* 2. quem omnes sequuntur: hoc autem secretum est hujusmodi, nam si sit impedimentum dirimens, tendit in prejudicium alterius conjugis bona fide contrahentis: quod si mala uterque contrahat, in præjudicium matrimonii, quod irritum est, & prolis, quæ est illegitima; & in utriusque æternam damnationem, permanebunt enim in concubinatu: si vero sit impediens, tendit in irreverentiam sacramenti, & damnationem contrahentis cum eo impedimento, & sæpe in damnum tertii, cui frangitur fides: ut si impedimentum sit priorum sponsalium. Præterea quia *Corduba l.* 1. *quæstionarii*, *q.* 43. *dubio* 2. §. *Secundo*, *si autem illa revelatio*, ait teneri accipientem fide secreti data manifestare, quando petitur tantum ad peccati remedium.

Hinc infertur, idem dicendum esse, quamvis impedimen- 6
ti conscius illud acceperit sub confessionis secreto, ut si ipsi dicatur, Hoc tibi detego in confessione, cum tamen vero non sit confessio. Quia solum excepit *Palud. num. præced. allegatus*, quando denunciaturus novit sub confessionis sigillo, cum autem hæc non sit confessio, ejus sigillum non obligat, sed est secretum naturale: ut bene docent *Innoc. c. Omnis utriusque sexus de pœn.* & *remis. n.* 7. & *ibi Abb. n.* 25. *Card. cons.* 25. *incipienti. Ad dubia singulariter*, *col.* 2. *circa med. Rebuff. repet. super d. c. Omnis*, *super verb. Suscipiens reverenter*, *vers. Amplia in eo*, *f.* 572. *Silvest. Confessio* 3. *q.* 5. *vers. Quarto*, *Tabien. verb. Confessionis celatio*, *qu.* 3. *n.* 4. *Armil. verb. Confessor*, *n.* 6. *Nav. sum. c.* 18. *Lat.* & *Hispanæ*, *num.* 35. & *sum. Lat. c.* 8. *nu.* 18. & *c. Sacerdos*, *num.* 39. *de pœn. d.* 6. *Ant. Gabr. 3. t. 3. comm. l.* 7. *tit. de criminalib. concl.* 37. *num.* 6. *Salzed. pract. c.* 109. §. *Est autem perpetua*. Et ex Theologis, *Adrian.* 4. *q.* 5. *de confessione*, *post dub.* 9. *q. de sigillo confessionis*, §. *Tertia pars dictæ conclusionis*, *vers. Circa hæc tamen*, *D. Ant.* 3. *p. t.* 17. *c.* 22. §. 2. *fi. Caj.* 2. 2. *q.* 70. *a.* 1. *circa solutionem ad* 2. *vers. In responsione*, *Viguer. l. institut. c.* 16. § 4. *vers.* 20. *ad fin. Victoria summa*, *de confessione*, *nu.* 190. *Sotus de sigillo*, *memb.* 2. *qu.* 7. *concl.* 4. & 4. *d.* 18. *qu.* 4. *a.* 5. *concl.* 5. & *l.* 5. *de just. q.* 7. *a.* 1. *ad* 1. *Metina l.* 2. *sum. c.* 4. *f.* 266. *col.* 1. *Palacios* 4. *d.* 21. *disp.* 2. *f.* 457. *vers. Scijcitaris etiam*, *Angles floribus*, 1. *p. q.* 3. *de confessione*, *a. ult. difficult.* 14. *dub.* 4. *f.* 306. *Enriq. l.* 6. *de pœn. c.* 21. *n.* 3. *Arag.* 2. 2. *quæst.* 70. *a.* 1. *circa solutionem ad* 2. *Barth. a Ledesm. dub.* 32. *de pœn.* §. *Annotare hic tamen opus est*: *Vivald. Candelabro* 1. *p. de sigillo confessionis*, *num.* 37. *Lud. Lop.* 1. *p. instruct. c.* 37. §. *pen. Manuel* 2. *t. sum.* 53. *n.* 4. Quamvis contradicere videantur *D. Th.* 4. *d.* 21. *q.* 3. *ar.* 1. *quæstiunc.* 2. *ad* 2. *Palud.* 4. *d.* 21. *qu.* 3. *a.* 1. *concl.* 3. *n.* 11 ubi ajunt hunc non teneri celare vinculo sigilli confessio sacramentalis, teneri tamen vi promissionis, sicut si esset confessio sacramentalis. Sed melius *Caj. D. Ant. Tab. Armil. Viguer. Arag. proxime citat*, dicunt non obligare hoc secretum, plusquam juramentum secreti servandi, nec quando cedit in alicujus damnum. Imo *Nav. Sum. c.* 18. *num.* 55. & *Metina prox. allegatus*, dicunt non obligare majori vinculo, quam alia secreta naturalia. Sed melius pro nostra sententia facit *Adrianus hic allegatus*, ubi ait accipientem sub hoc secreto, teneri denunciare illi, qui poteſt prodesse, & non obesse, quando ad correctionem viderit esse necessarium: & *Nav. c. Sacerdos*, *n.* 39. *de pœn. d.* 6. ubi ait teneri hunc revelare, si superior præcipiat. Quæ omnia intelligenda sunt, licet genuflexo, factoque crucis signo, & confessione dicta hoc secretum committatur: adhuc enim confessionis sigillum non est, quando non detegitur animo vere fatendi, sed tantum gratia dandi, aut petendi consilium, Ita *Cajet. Sotus*, *Nav. in sum. Metina*, *Palacios*, *Enriq. Bart. a Ledesm. Salzedo*, *Lup. Lop. Aragon*, *Manuel proximi citati*, Et tan-